


Jahresbericht

des

Königlichen Gymnasiums

zu

Rastenburg,

womit

zur Prüfung der Schüler,

die am 28. September

Vormittags von 8 — 12 und Nachmittags von 2 — 5 Uhr

gehalten werden soll,

und

zu dem Schul=Aktus,

der am 29. September

um 10 Uhr

das Sommersemester schließen wird,

ergebenst einladet

der

Direktor Dr. **Techow.**

Inhalt: 1. Abhandlung: **Quastionum epicarum specimen I.** von **Dr.** Rahts.
2. Schulnachrichten vom Direktor.



Rastenburg, 1865.

Druck der A. Haberland'schen Offizin.

Oratores et poetae hoc inter se commune habent, ut si quid inciderit sive in orationibus, sive in poematis, quod expositione egeat distincta atque accurata, simile quid afferant ex re alia eaque nota, quo et illustrior fiat et apertior oratio. Quae inde nascuntur dicendi figurae, similitudines vocantur, sive imagines *) —

Atque inter poetas praeter ceteros poetas epicos his imaginibus usos esse, non est quod miremur. Etenim, quoniam omnis eorum ars consistit in eo, ut quaecunque carminibus sibi celebranda sumserunt, sive deorum sive hominum facta, dilucide ea et perspicue proferantur; in adhibendis imaginibus primum hoc mihi spectavisse videntur poetae, ut pictura magis, quam poesi utentes picta quodammodo et polita artis coloribus ante oculos ponerent ea, quae simplici oratione narrata obscuriora essent neque sub sensus cadentia;**) deinde ut ipsum augerent verborum splendorem. Necessarias autem similitudines habitas fuisse, in condendis carminibus epicis, cum ipse testatur Homerus, copia et varietate in hoc genere insignis,***) tum recentiorum

---

*) Imago est oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem Cic. Inv. I. 30. Item imago est formae cum forma cum quadam similitudine collatio. ad Herenn. IV. 49. Similitudo est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile Her. IV. 45. Quae definitiones, quamquam ab oratore traditae et oratorum proprie spectantes dicendi genus, non minus quadrare visae sunt in eas, quibus poetae epici usi sunt, similitudines.

**) cf. Cic. Tusc. V. 39 114.

***) Similitudines Homericae, quantum momenti afferant ad cognoscenda ea, quae dictionis Homericae sint propria, testis est locuples L. Friedlaender: Zwei homerische Woerterverzeichnisse III Supplementb. d. Jahrb. fuer class. Philol. 1861 p. 749; cujus commentationis in exitu indicem proposuit similitudinum Homericarum, in quo nullam desideraveris earum, quae ampliore verborum ornatu instructae sunt. Ex brevioribus et brevissimis hae desunt: *Β*, 289. 764. 800. 872. *Γ*, 196—98. 449. *Δ*, 253. 471. *Ε*, 299. 476. 487. *Ζ*, 295. 401. *Η*, 219. *Θ*, 131. 271. *Ι*, 312. *Κ*, 297, 547. *Λ*, 65. 129. 239. 297. 383. 546. 747. — *Μ*, 375. *Ν*, 39. 53. 437. *Ο*, 592. *Π*, 2. 742. *Ρ*, 87. 541. *Σ*, 109—10. *Τ*, 221—24. 351. 381. 398. *Υ*, 371. *Φ*, 29. 237. 464—66. *Χ*, 1. 134. 149—52. *Ψ*, 100. *Ω*, 317—19. 572. *α*, 320. *δ*, 662, *ε*, 12. 281. 337. *ζ*, 20. *ϑ*, 280, *ι*, 51. 190. 289. 292. *κ*, 112. 124. *λ*, 206. (410) 604—5. *μ*, 86. *ξ*, 156. 175. *ο*, 174. *σ*, 29. *τ*, 211. *φ*, 48. 411. *ω*, 536. quarum, quidem alias, ut quae saepius repetitae

epicorum studiosissima imitatio, quorum quidem unus, Quintus Smyrnaeus, oblitus, ut videtur, et epithetis et imaginibus non ut cibis utendum esse, sed ut condimentis, Homerum ipsum in hoc ornandi genere superare conatus est. —

De his igitur imaginibus, quae quidem reperiuntur in Homeri, Apollonii Rhodii, Quinti Smyrnaei carminibus, quum paucis disserere constituerim, tres esse volui commentationis partes, quarum prima de formis disserendum erit, quibus indutae nobis se offerant imagines, altera quid sit, quod per similitudines illustrare poetae, tertia denique unde capere soleant similia exponendum.

I.

Primum igitur, quum de formis imaginum quaerere placeat, videndum erit, quemadmodum inter se connecti soleant singula comparationis membra. Omissis vero hoc loco iis imaginibus, in quibus nihil inest, nisi simplex quaedam duarum rerum collatio, nullo verborum apparatu insignis, quales leguntur A, 47, ubi Apollo nocti similis dicitur incedere atque A, 359, ubi Thetis emergit e mari, tanquam nebula et quae sunt aliae hujus modi; pergamus ad eas, quae copiosius descriptae et ampliore verborum ornatu instructae sunt. Duo earum genera esse videmus, unum earum, in quibus res inter se comparatae una tantum ex parte similitudinem aliquam praebeant, ceterum dispares (quod genus est apud Homerum usitatissimum) alterum, in quibus vel duo vel plures locos attingat comparatio. Atque in iis, quae sunt prioris generis, ex tribus plerumque partibus ita constat oratio, ut prima contineatur id, quod sit simile rei comparandae, altera locum praebeat additamentis ornandi causa adpositis et quibus illustrior fiat oratio, tertia denique comprehendat ea, quae similitudine erant illustranda. Liceat vero unum hujusmodi exemplum ipsis poetae verbis adferre, ut rectius intelligatur, qualis sit ratio disjiciendae orationis. Hom. *Δ*, 144—47 in describendo Menelai vulnere hac utitur similitudine:

---

sint, consulto omissas, alias, quod in tanta frequentia fieri potuit, virum vel principem in hoc literarum genere fugisse opinor. At si quis totam seriem similitudinum Homericarum perlustrare volet, facere non poterit, quin has a me adlatas indici illi adjiciat. Addo locos Homericos, quibus vel locorum intervalla, vel temporum maturitates per similia notantur: *K*, 351, *Λ*, 86—90. *O*, 357. *Π*, 589—93. *Ψ*, 431—33. 517—23. 845—47. — *δ*, 356. *ε*. 249—51. 400. *ϑ*, 124. *μ*, 439, *ν* 93—95. —

Quantum vero valeant imagines ad perspiciendam accuratius antiquitatem Homericam, optime docet Friedreich, (Die Realien in der Iliade und Odyssee 1851) qui in permultis operis sui partibus nullum, nisi hunc fontem habuit, unde hauriret, v. e. g. pp. 6. 25. 100. 102. 119. 257. 199.

Indicem eorum, qui de imaginibus Homericis disseruerunt v. apud Spohn de extrema parte Odysseae p. 211.

ὡς ὅτε τις ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ
Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα παρήϊον ἔμμεναι ἵππων·
κεῖται δ' ἐν θαλάμῳ, πόλεες δέ μιν ἠρήσαντο
ἱππῆες φορέειν, βασιλῆι δὲ κεῖται ἄγαλμα,
ἀμφότερον κόσμος θ' ἵππῳ, ἐλατῆρί τε κῦδος
τοῖοί τοι Μενέλαε μιάνθην αἵματι μηροί.

Simplex est ipsa comparatio, quippe qua nihil demonstretur, nisi Menelaum ita esse cruore infectum, ut eburnea illa equorum ornamenta purpureo colore sint obducta. Verum quum simplicis et nativae poeseos proprium hoc esse videatur, ut in re proxima quaque consistat poeta eamque explicet, ne quid obscurum sit sive audientibus, sive legentibus, res ipsa, unde ductum est simile, subsiciva quasi opera, describitur accuratius. Quae ratio condendarum similitudinum quum in deliciis sit non modo Homero, sed quod ornandi quam maximam praebeat opportunitatem, etiam a recentioris aevi poetis epicis in communem usum recepta, certus quidem existit imaginum tenor, tantummodo vel poetarum ingeniis, vel rerum varietate variatus. Nam quum mutatis partibus ea, quae adhibita essent rei comparandae, summa saepe diligentia ex omni parte depingi solerent, fieri non potuit, quin res ipsa, cui illustrandae facta erat similitudo, quasi secundaria haberetur et quae minorem exigeret operam poetae. Neque igitur a vero discedere videmur, si permultas poetarum epicorum imagines nihil aliud dicimus esse, nisi episodia carmini intexta, id fortasse spectantia, ut adlata re nova atque aliena a continua fabulae enarratione, legentium animi requiescant. Huc autem referendas esse puto illas inprimis similitudines, quae quamvis describendis rebus minutissimis adhibeantur, nihilominus omni ornatu cumulatae, summoque studio fictae reperiuntur. Etenim quum Homerus *Π*, 384 - 93, ut equorum gemitus incitato cursu per campum volantium sensibus subjiciat, e fluminum redundantium fremitu capit similitudinem totamque tempestatem ita describit ut nec causas praetermittat, unde venerit, nec quam vim habeat perniciosam; mea quidem opinione dubium esse non potest, quin haec ipsa tempestatis descriptio facta sit ob hanc causam, ut continua rerum gestarum narratio ne fatiget audientes, ita vera ut vinculo quodam, quamquam tenuissimo, connexa sit cum illis, quae modo narraverit poeta. Vertitur enim tota collatio in duobus verbis *στενάχουσι* et *στενάχοντο*, quae v. v. 391 et 393 leguntur, quorum alterum de equis, alterum de fluminibus dictum est. Simili ratione Hesiodus, Scut. Herc. 393—401 quum quo tempore ad manus ventum sit inter Martem et Cycnum describit, perelegantem illam aestatis imaginem carmini suo intexuit, quam et ipsam non dubito referre inter similitudines, quas ante placuit vocare episodia. Reliquas vero, quae sunt in hoc genere similitudines ab Homero et Hesiodo usurpatas his locis reperies: *E*, 87 - 94. 136—43. *Θ*, 555—61. *M*, 278—287. *Π*, 156—66. 384 - 93.

P, 657--65. Σ. 207 - 14. *Φ*, 257—64. *ϑ*, 523—531. *ι*, 518—525. Hesiod. Sc. 393—401. 426, sqq. (cf. Y, 164—75.)

Minorem autem reperiri imaginum numerum in Odyssea, quam in Iliade, nemo nescit, qui manibus volvit carmen utrumque. Inprimis vero hoc imaginum genus, de quo nunc agimus, perraro adhibitum in Odyssea esse apparet. Ferebat enim hoc natura carminis illius aequabilis, ut ita dicam, et remota plerumque ab incitata illa oratione, quae est Iliadis propria, ut minus opus esset imaginum copia et varietate, qua sisteretur rerum continua narratio. Sunt igitur imagines, quaecumque leguntur in Odyssea simplici quadam elegantia ita conditae, ut omissis plerumque additamentis, quorum supra est mentio facta, accuratam magis et distinctam uniùs rei descriptionem spectare, videantur, quam totius carminis ornatum.*)

Etiam in Apollonii Rhodii Argonauticis aliquot reperimus hujus generis imagines ut: *β*, 541 — 48. *γ*, 356—64. *δ*, 35—40, nec minus apud Quintum: *β*, 345—54. 379—87. 471—79. *ζ*, 341— 48. *η*, 569 —78. –

Atque in his omnibus, quos attulimus, locis ipsam comparationem nihil nisi rem unam eamque simplicem spectare videmus, cui quod sit simile in primo, ut supra dictum est, imaginis membro poni soleat. Addita vero ampliore illius rei, quae comparationi inservit, explicatione, persaepe fit, ut quasi oblitus poeta eorum, quae antécesserint, ex ipsis illis additamentis capiat similitudinem.**)

Quod quidem optime explanabitur imagine illa, quam legimus *Λ*, 113—21 *ὡς δὲ λέων ἐλάφοιο ταχείης νήπια τέκνα — ῥηϊδίως συνέαξε κτλ.* quo loco Isi et Antiphontis mors per Agamemnomen illata describitur. Membra vero imaginis hoc modo inter se juncta esse videmus: Ut leo cervae pullos, quos dentibus ceperit, facile dilacerat — illa vero quamvis sit in proximo adjuvare eos nequit — ipsa enim subito terrore capta beluae impetum fugit; sic nemo illis (Iso et Antiphonti), opem ferre potuit. Dubium esse non potest, quin poeta, exorsus *ὡς δὲ λέων — συνέαξε* in animo habuerit ponere *ὣς Ἀγαμέμνων κείνους ἐξενάριξε*, sive quid aliud ejusmodi, quod responderet huic exordio. Sed idem illud studium proxima quaeque capessendi, quae animo se offerant etiam in hac re dilucide cernitur. Atque quum talis negligentia propria sit non eorum, qui adrosis unguibus versus elucubrant, sed eorum potius, qui

---

*) *Τὸ τῆς Ὀδυσσείας βιβλίον σπανίζει παραβολῶν, ὧν ἡ Ἰλιὰς εἰς πλῆθος μεμέστωται διὰ τὸ τῶν ἐκεῖ πράξεων πολυμέγεθες ἐναργείας δεομένων ἄλλης τε καὶ τῆς ἐκ παραβολῶν.* Eustath. ad Od. X. 384.

**) Spitzner. Excurs. ad Il. XXVI. (de liberiore in comparationibus Homericis structura) p. 41: Comparatio si fusius et copiosius describitur et nova qaedam in majorem rei gratiam aut ornatum cumulantur, majore etiam licentia procurrit structura.

pleno pectore, quae deus indiderit carmina effundunt, facile adducor, ut credam illos locos Homericos, in quibus insit talis discrepantia, quam maxime esse genuinos et antiquitatis prae se ferre vestigia. Recentiores vero poetae epici, quum Homeri non tam bona imitarentur, quam quae vitia haberi poterant, fieri non potuit, quin eandem in struendis imaginibus sibi vindicarent licentiam. Cff:

Λ, 473—83. 548—57. 558—64. *M*, 145—52. *O*, 624—29. *Π*, 384—93. *P*, 53—60. 61—69. *Φ*, 257—64. ζ, 102—9. ν, 31—35.

Apoll. Rhod. β, 130—36. 541—48. γ, 291—97. 756—60. δ, 167—71.

Quint. Smyrn. α, 440—45. 488—92. 538—46. β, 282—87. 379—87. ε, 493—98. ζ, 125—29. —

Etiam in his similitudinibus, ut in illis, quas supra adtulimus simplex est comparatio, ita ut res inter se collatae, nihil nisi hoc unum habeant commune, quod singulis locis apertius reddere voluit poeta. Sequitur, ut de illis quaeramus similitudinibus, in quibus insit duplex comparationis ratio singularumque partium ut ita dicam parallelismus. Quarum quidem numerum perexiguum video esse apud Homerum, qui quum res ceterum plane diversas, una vero ex parte congruentes comparare soleat, nihil plerumque studet efficere, nisi apertam unius rei descriptionem (*v*. Nitzsch ad δ, 791.) Sunt autem duae Iliadis similitudines, in quibus res duas attingit comparatio, quarum alteram reperies *O*, 271—80. *οἱ δ' ὥστ' ἢ ἔλαφον κτλ.* quo loco poeta Graecos Trojanis instantes canibus similes esse dicit, sive cervum sive capram persequentibus; ut illos leo subito adveniens in fugam daret, sic Graecos Hectoris adventu perterritos terga vertere. Altera, quae est ejusdem generis et prope eadem similitudo, legitur *P*, 725—34. *ἴθυσαν δὲ κύνεσσιν ἐοικότες κτλ.* Ceterum in omnibus, quibus Homerus utitur similibus, talis singularum partium convenientia non modo non expressa verbis, sed omnino nulla est. —

Contra ab hac simplicitate longe abhorret recentiorum, inque his Quinti potissimum consuetudo, data persaepe opera id adfectantium, ut ex omni parte congruant res inter se comparatae. Nec vero Apollonius liber est illa concinnitatis consectatione, quod ex uno satis intelligi potest exemplo γ, 956—61 Qualis e mari Sol emergit, pulcher adspectu, sed magnum adferens ovibus tormentum, sic Jason se erigit in Medeae conspectu, formae pulchritudine insignis, sed miserum movens amoris desiderium. Ungues hoc sapere nemo non videt; est autem minime alienum a solito docti poetae dicendi genere. Similia enim et eadem arte contexta reperies β, 70—74. γ, 875—86. 964—72. δ, 948—54. 1061—66 1682—88. —

Etiam majus in hac re Quinti est acumen, qui non raro ita instruxit imagines, ut in duabus illis comparationis partibus verbum verbo respondeat, unde vix credibilis nascitur orationis languor, alienissimus certe a vivis illis coloribus, quibus Homerus

solet depingere *v.* *α*, 76—86. 613-21. 633—42. *β*, 371—77. *γ*, 220 28. *δ*, 423—32. *η*, 317—27. 330—38. 464—73. 715—22. *λ*, 207—16. *ν*, 258-64. 309—15. —

Haec fere ea sunt, quae de singulis imaginum partibus earumque junctura monenda videntur. De syntactica earum structura, quum alio loco fusius disserere animum induxerim, pauca tantum hoc loco commemoro atque ea potissimum, quae Homeri carmina adtingant. Neque enim, quae Spitzner praecepit in excursu XXVI. de liberiore in comparationibus Homericis structura, nec quae Thiersch in grammatica Graeca, Nitzsch in adnotationibus ad Odysseam, alii de hac materia adtulerunt omnem similitudinum rationem spectant, sed modo eas, quae in struendis imaginibus minus usitatae reperiuntur, dicendi formas. —

Ac primum quidem in additamentis illis ornandi causa adpositis, de quibus supra dictum est, modum indicativum poni solere, licet antecesserit particula cum conjunctivo conjuncta, pleraque docent exempla (*v.* Thiersch act. philol. Monac. I. p. 185. gramm. Gr. §. 322, 7. Nitzsch ad *ε*, 328. Hermann. opusc. XI. 57) interjectis plerumque particulis *δέ*, *δέ τε*, *οὐδὲ* atque etiam simplici *τε*. Inde jam intelligitur similitudines ad hanc formulam instructas narrationis prope induere naturam *v.* II. supra II. —

Quae inserviunt comparationibus apud Homerum particulae hae sunt: *ὡς*, *ὡς ὅτε* (*ὡς ὅτ' ἄν*) *ἠΰτε*, *ὥστε*, *ὡς ὁπότε*, *ὡς εἰ*, praeterea adjectiva relativa *οἷος* et *ὅσος*; quae quibuscum verbi temporibus et modis conjungi soleant ut intelligatur, locos adferam Homericos in certos ordines redactos; nec vero nescius hujuscemodi collectionibus usum esse nullum, nisi ad unum omnes: loci proferantur, quantum in me erit, ne quem praetermittam cavebo:

ὡς a) c. ind. praes. *E*, 499. *I*, 4. *Π*, 384. 765. *Σ*, 161. *Y*, 490. *Φ*, 22. 362. *X*, 199. 262. *Ψ*, 222. *υ*, 14.

b) c. ind. aor. H, 4. *Θ*, 306. *Λ*, 113. 548. *Π*, 352. *λ*, 410. *ο*, 174.

c) c. conj. praes. *I*, 323. *X*, 93. *ϑ*, 523.

d) c. conj. aor. *E*, 161. *K*, 485.

e) c. indic. fut. *K*, 183—88 (Codd. omnes *δυσωρήσονται*. Thiersch §. 346, 10 *δυσωρήσωνται*, Spitzner et Bekker *δυσωρήσωσι*) *ε*, 368 (Wolf *τινάξει*. Thiersch l. l., Nitzsch ad h. l., Bekker *τινάξῃ*).*)

f) *ὡς* nomini suo postpositum saepissime legitur: *B*, 764. 781 *Γ*, 2. 60. 196. *Δ*, 471. 482. *E*, 299. 476. *Z*, 295. *Θ*, 271. *Π*, 155 756. *Σ*, 614. T, 381 *Y*, 164. *Ψ*, 783. *Ω*, 41. 572. *α*, 320. *δ*, 413. *ε*, 12. *κ*, 124. *λ*, 411. 604 *μ*, 237. *σ*, 29 *χ*, 299.

---

*) Utrum futuro locus sit in comparationibus, necne grammatici certant et adhuc sub judice lis est. Negat Spitzner ad *K*, 183 („futuri indicativum comparando parum idoneum esse nemo nescit"); negat Thiersch l. supr. l. nimis crudeliter consulens, non

g) ὡς ante nomen substantivum collocatum legitur *B*, 144, κινήθη δ'ἀγορὴ, ὡς κύματα μακρά θαλάσσης, quo loco Bekker, Zenodoto auctore, restituit φή. Buttmann Lexil. I. p. 239 de particula illa φή discerens negat, usquam apud Homerum particulam ὡς ante substantivum positam repiriri, nisi in exordio enuntiati, sequente verbi vel tempore finito, vel participio. Cui sententiae duo potissimum loci Odysseae repugnant *μ*, 433, ὡς νυκτερίς, *ο*, 478, ὡς εἰναλίη κήξ, Praeterea huc referantur *P*, 133. 657. *Φ*, 282.

ὥστε a) c. ind. pr. et perf. *B*, 459. *M*, 278. *O*, 410. *P*, 434. 747. 755. *Δ*, 433. *Π*, 633. *ν*, 81.

b) c. ind. aor. *Γ*, 23. *N*, 62. *O*, 271, *δ*, 45.

d) c. conj. aor. *M*, 167. *X*, 302.

e) c. ind fut. (καταβήσεται) *O*, 38I, quem Thiersch conjunctivum esse censet correpta vocali modum indicante §. 346, 8. V. quod supra adnotavimus.

---

modo in futura sed etiam in praesentis et aoristi modum indicativum post ὡς ὅτε positum; praeterea Nitzsch et plerique eorum, qui post Wolfium carmina Homerica ediderunt. Mihi non admodum vituperanda videtur Kuehneri, sententia, vim futuri sic definientis: (Ausfuehrl. Gramm. d. gr. Spr. 1835.) §. 446, 2. „Das Faturum, als absolute Zeitform ist wie der Aorist und das absolute Praesens geeignet die Wiederholung einer Thaetigkeit zu bezeichnen. So wie der Aorist das ganze Gebiet der Vergangenheit, so umfasst das absolute Futur das unbegrenzte Gebiet der Zukunft. Der Aorist stellt aber die Wiederholung als Erfahrung und Wirklichkeit, das Futurum als blosse Vorstellung und Moeglichkeit.“ — et §. 829, 4: In Gleichnissen steht entweder das Praes, wie in der deutschen Sprache, indem der verglichene Gegenstand in die gegenwaertige Anschauung gestellt wird, oder der Aorist, insofern das Gleichniss zur Veranschaulichung und Erlaeuterung eines anderen Gegenstandes dient und demnach aus der Erfahrung (Vergangenheit) genommen wird, oder endlich das Futurum, da das aus der Erfahrung entlehnte Gleichniss ein Ereigniss ausspricht, welches auch in der Zukunft immer statthaben kann. In Hinsicht der Aussage ist zu bemerken, dass bei Homer die comparativen Adverbien ὡς, ὥστε, ἠύτε auf dreifache Weise construirt werden: a) mit dem Ind. d. Praes. od. Aor., wenn das Gleichniss als ein wirkliches Factum hingestellt wird, b) mit dem Ind. d. Futur und c) mit d. Conj. d. Praes. oder gewoehnlich des Aorist. Die beiden letzten Formen unterscheiden sich wenig von einander. Der Conjunctiv naemlich muss hier nach der Bestimmung v. § 462 aufgefasst werden, nach welcher er bei Homer statt des Indic. Fut. steht, jedoch mit dem feinen Unterschiede, dass das Futur das Zukuenftige als wirklich setzt, der Conjunctiv dagegen das Zukuenftige zwar nich als ein schon Wirkliches, aber doch als ein solches bezeichnet, dessen Verwirklichung erwartet wird, als ein solches, welches sich verwirklichen kann. —

Praeterea cf. id. §§. 446, 2. 807, 4.

f) cum nomine substantivo *B*, 289. *E*, 136. *I*, 14. *K*, 297. *Λ*, 65. 239, *M*, 299. 421. 433. *N*, 437. 564. 654. *O*, 630. *Π*, 3. *P*, 109. 460. 674. *Σ*, 318. *T*, 398, *Y*, 252. *Φ*, 493. *X*, 22. 27. 308. *α*, 308. *γ*, 130. *ι*, 289. 292. *χ*, 384. 401. *ω*, 536, (cf. Spitzner Exc. XXVI, p. 37). ὡς ὅτε

a) c. ind. pr. *B*, 209. *Δ*, 130. 423. 453. *Θ*, 555. *M*, 451. *Π*, 364. *P*, 263. *T*, 351. *Φ*, 12. 622. *Ψ*, 692. 760. *ε*, 423. *ζ*, 232. *ν*, 31. *π*, 17. *ρ*, 518. *υ*, 25. *ψ* 159. *ω*, 6.

b) c. conj. pr. *Z*, 506. (*O*, 263.) *Θ*, 338 *K* 5. 360 (ἐπείγετον conjunctivum esse sequens conjunctivus προθέησι docet) *Λ*, 269. 414. *N*, 334. 588. *Ξ*, 16. *O*, 605. *Π*, 641, *Φ*, 257. *χ*, 162. 189. *ε*, 328, *ι*, 391. *μ*, 251. *τ*, 518.

c) c. indic. aor. *Γ*, 33, *Δ*, 275. *E*, 902. *Λ*, 558. *N*, 389. *Π*, 823. *Y*, 403. *ε*, 488. *τ*, 205. *φ*, 406.

d) c. conj. aor. *B*, 147. *Λ*, 141. *E*, 597. *Λ*, 155. 324. *Ξ*, 414. *O*, 624. *Π*, 212 297. *P*, 61. 389. 520. *Σ*, 207. *Y*, 495. *Φ*, 346. *K*, 292 (nusquam in Odyssea.)

e) c. ind. fut *Σ*, 600 (πειρήσεται v. supra) cf. Apoll. Rhod. *β*, 1074.

f) c. optat. praes. semel in Odyssea *ι*, 384 (τρυπῷ cf. Nitzsch ad h. l. Thiersch §. 322. 5. b.

g) omisso verbo *B*, 394. *Δ*, 462. *M*, 131. *N*, 471. 571. *O*, 362. 679. *Π*, 406. *Σ*, 219. *Ψ*, 713. *ε*, 281. *τ*, 494.

h) ὡς ὅτ' ἄν c. conj. pr. *M*, 41. *κ*, 216. c. conj. aor. *O*, 81. *T*, 375. *Ω*, 480. *Ψ*, 233; omisso verbo *κ*, 410.

ὡς ὁπότε c. indic. pr. *Λ*, 492 (cf. Apollon. Rh. *α*, 575. *γ*, 1386. 1452) c. conj. aor. *Λ*, 305.

ἠΰτε Buttmanni sententia ortum ex ἦ εὖτε = ὡς ὅτε paucis tantum locis cum verbo finito conjunctum reperimus:

a) c. indic. pr. *B*, 87. 455. *Γ*, 3. *Φ*, 573.

b) c. indic. aor. *B*, 480. *Π*, 487. *χ*, 139.

c) c. conj. aor. *P*, 547 (cf. Apoll. Rh. *α*, 1049.)

d) saepius ἐλλειπτικῶς *Λ*, 359. *B*, 469. 873. *Δ*, 243. *H*, 219. 235. *Θ*, 131. *O*, 618. *Π*, 7. *P*, 737. *Σ*, 110. *Φ*, 29. 237. *χ*, 1. *Ψ*, 100. *ϑ*, 280. *ρ*, 463. *φ*, 48. —

μελάντερον ἠΰτε πίσσα. *Δ*, 277 recte interpretatus est Spitzner μελάντερον vim comparandi non abjecisse docens, sed supplendum „ut assolet", ita ut ἠΰτε ex vocabulo antecedente non pendeat. Eadem optimo jure feretur sententia de versu Apollonii *α*, 269 ὡς ἔχετο κλαίουσ' ἀδινώτερον ἠΰτε κούρη. Contra Buttmann Lexil. II. p. 229 utroque loco ἠΰτε pro ἤ dictum esse judicat, ut in vulgari nostro sermone groesser, wie du. Quod, etiamsi concedas bonum Homerum dormitasse, Apollonium dictionem inusitatam suo more imitatum esse, minus placet. — εὖτε pro ἠΰτε semel legitur apud Homerum *Γ*, 10, quo loco Buttmann l. l. ηὖτε scribendum esse censet,

ut *T*, 386 τῷ δ ἠΰτε πτερὰ γίγνετ' (Wolf. h. l. ex cod. Venet. τῷ δ αὖτε; Spitzner et Bekker τῷ δ εὖτε.) Neque apud Apollonium εὖτε inservit comparationi, saepissime apud Quintum cf. α, 586. 613. β, 230 471. ε, 380. γ, 142. 170. 325. —

ὡςεί, ὡς εἴτε a) c. ind. aor. N. 492.

b) c. optat vel praes. vel aor. *B*. 780, ι, 314. κ, 416 420.

c) cum nomine substantivo *I*, 648. *Λ*, 474. *T*, 17. *X*, 150. *Ψ*, 598. —

Adjectiva οἷος et ὅσος., adverbia οἷον et ὅσον plerumque cum indicativo praes. conjuncta leguntur *E*, 864. *H*, 208. *K*, 351. *Λ*, 63. *N*, 298. *Π*, 589. *P*, 53. *X*, 317. *Ω*, 317; minus saepe cum indic. aor. *H*, 63. *Δ*, 75. *E*, 554. *Ψ*, 845; omisso verbo *Z*, 146. η, 106.

ἅτε, quod legitur *Λ*, 779. *X*, 127, utrum pro ὡς dictum sit, an pro pronomine adjectivo habendum, ambigitur (cf. Buttmann Lexil. I., p. 240 adnot.). Mea quidem sententia dubium esse non potest, quin altero loco ἅτε, ut pronomen relativum, referendum sit ad vocabulum antecedens ξεινήϊα; altero *X*, 127 res obscurior est, quamquam hic quoque haud scio an rectius interpreteris: non licet confabulari, quae virgo et adulescens inter se confabulantur, ita ut accusativus ἅτε pendeat ex verbo ὀαρίζετον*) cf. Hom. hymn. 20, 3 πυκινοὺς ὄαρους ὀαρίζει.) Neque enim, quod in tanta similitudinum frequentia mirum videri potest, ullo alio Homeri loco ἅτε comparationi inservit. Saepe apud recentiores: Apoll. Rh. β, 70. γ, 957. 1294. 1305. δ, 489. nomini suo postpositum πῦρ ἅτε. Quint. Sm. β, 217. 522. ϑ, 167. 175. —

Ceterum quae in recentiorum carminibus discrepent ab Homeri genere dicendi, ut οἷον ὅτε pro ὡς ὅτε Apoll. Rh. γ. 154. 1062; οἷα pro ὡς substantivo pospositum id. β, 91 (βουτύπος οἷα) ὅπως nomini suo postpositum Quint. Sm. α, 351. 538. δ, 237. ζ, 378. η, 132 hoc loco copiosius exponere nolui, neque eas huc adfero imagines, in quibus adjectiva εἴκελος (ἴκελος) ἐναλίγκιος (ἀλίγκιος) ἶσος, ἀτάλαντος ὁμοῖος, verba εἴδεσθαι, ἐοικέναι substantivum δέμας (*Λ*, 595. δέμας πυρὸς αἰθομένοιο (ad comparandum adhibentur.

II.

Accedimus ad alteram quaestionem, qua explicandum nobis proposuimus, quid sit potissimum, quod similitudinibus illustrare soleant poetae epici. Qua quidem quaestione omnia complecti ea, quae unquam comparationi locum praebuere, non esse nostrum judicavimus; sed eligere potius voluimus, quae propriam spectent poeseos epicae naturam, sintque aptissima declarandis poetarum ingeniis. —

Universe vero contendere possumus, omnes poetas epicos, quamquam argumenta

---

*) cf. Lehrs. de Aristarchi studiis Hom. p. 163. Contra Spitzner exc. XXVI. p. 45 ἅτε h. l. pro adverbio ὡς dictum esse judicavit.

varia carminibus suis pertractarunt, describendis rebus prope iisdem adhibuisse similitudines, cum quod Homerum recentiores auctorem secuti sunt, nec dubitarunt centonibus Homericis sua carmina exornare, tum quod rerum hoc ornatu egentium eadem est ubique natura. Sic ubi in scenam prodeunt, qui primas agunt in fabulis epicorum, sive heroes, sive heroinae, eorum et formas et actiones, animorum motus, totas denique personas adhibitis similitudinibus ante oculos ponunt poetae. Itaque heroum, qui inducuntur ipse corporum habitus, formae venustas orisque species aut mitis, aut formidolosa per comparationes describi solent, ut quasi pictam tabulam intueri videamur. — Sed apparet, hoc imaginum genus satis angustis finibus esse circumclusum, quum singulas corporum partes ita describere alienum sit ab epicorum consuetudine, id modo spectantium, ut universa quaedam corporis species per imaginem adumbretur. Semel tantum ab hac consuetudine discessit Homerus eximiam depingens Agamemnonis formam, capta ex deorum pulchritudine simili: *B*, 477—79.

μετὰ δὲ κρείων ᾿Αγαμέμνων
῎Ομματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ,
῎Αρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι*)

item Musaeus Her. et Leand. 52 sqq. ubi perelegantem illam proposuit Heronis imaginem. Ceterum, quae huc pertinent imagines, inprimis eae, quae nihil nisi corporis robur et magnitudinem spectant his locis reperientur: *Δ*, 253. *K*, 297—98. *M*, 131—36. *N*, 330. 754. *ι*, 190—91. *κ*, 41. Apoll. Rh. *β*, 38—40. *γ*, 1240—45. Quint. Sm. *α*, 336. *ζ*, 131—32. *η*, 586.

Pulchritudinem vero formaeque splendorem, quae ante oculos ponunt: *Z*, 506—14 (*O*, 263—69) Apoll. Rh. *α*, 211—12. 307 (774—81) *β*, 40—42. *γ*, 956—61.

Quint. Sm. *ε*, 130—33. *α*, 208—11. Vultus heroum formidolosos furoremque bellicum ipsa oris specie expressum paucis plerumqne verbis adumbrare solent poetae, quum illos vel *δαίμοσιν ἴσους*, vel *θήρεσσιν ἐοικότας* dicunt incedere. Quas in unaqualibet pagina invenies similitudines. Minus vero usitatae, tamen, quae sint generis ejusdem leguntur:

H, 208—11. (*N*, 298—305. Quint *η*, 359). *Δ*, 62—65. (*E*, 4—7. *N*, 242—45) *M*, 462—63.

Etiam in describenda pulchritudine muliebri non longi esse solent poetae epici,**) neque igitur magna est imaginum huc spectantium aut copia, aut varietas.

---

*) Copiose de hac similitudine disserit schol. Porphyr. in codice Etonensi (*v*. G. H. Noehden commentatio de Porphyrii scholiis in Homerum. Goettingae 1797 p. 31 sq.

**) Ttetzam excipio, si quis forte hunc in poetarum numero habere volet. Qui Chryseidis Briseidisque corporum formas verbis ita expressit, ut totas oculis cernere

Homerum plerumque imitati recentiores aevi poetae formosissimam quamque feminam, inque his virgines potissimum. Dianae similem esse dicunt, tantumque supra eas, quae forte adsunt, mulieres eminentem, quanto illa sit nymphis comitantibus et major et pulchrior. cf. δ, 122. ζ, 102-9. 151-52. τ, 54. Apoll. Rh. γ, 876-86. Quint. Sm. α, 663-65.

Similiter Quintus α, 32—42 et 48—53 Penthesileam inter virgines Amazones equitantem ita describit, ut similem eam esse dicat et Lunae inter minora sidera emicantis et Aurorae incedentis inter Horas. Praeter has unam huc refero similitudinem, qua Ulixes utitur ad efferendam Nausicaae pulchritudinem cum palma eam comparans procera teneraque (ζ, 163—68). Aptam hanc suavemque comparationem juvenilis vigoris cum laeto arborum incremento in deliciis fuisse poetis epicis praeterea testantur: Σ, 56—57. ξ, 175. *P*, 53—60. Quint. Sm. ζ, 378—83.

Sequitur, ut de diis quaeramus, quales inducantur, quibusque similibus usi sint poetae, quum procedere illos rebusque hominum interesse jubent. Primum autem commemorandum videtur, non tam formas deorum, quippe quas mutuari soleant ab hominibus, vel celare nubium amictu per similia solere describi, quam qua ratione se offerant hominibus ab iisque recedant. Nam etsi constat, deos Homericos, quos recepere eosdem, quicumque post illum carmina condiderunt, ut victu cultuque, animis et indole, sic formis etiam hominum uti ad summae et pulchritudinis et perfectionis speciem expressis: (hoc enim inde jam colligi potest, quod hominum pulcherrimus quisque cum divis solet comparari) ipsorum tamen corporum habitus per comparationes non invenimus descriptas, nisi duobus locis Ω, 348. κ, 278, ubi. Mercurio adulescentis regii forma tribuitur prima barba ornati. Cujus rei caussae latissime patent. Nam ubi hominum describunt aut robur aut pulchritudinem, per hyperbolen quandam, quam rei postulat natura deterius cum meliore, minus pulchrum cum pulchriori conferunt poetae. Atqui quum in diis summa insit et pulchritudo et perfectio, elucet, pulchritudine ipsa nihil pulcrius, nec perfecto quidquam esse perfectius, unde capi possit similitudo. — Sed si relictis sedibus coelestibus dii hominum intrant domicilia, sive opem laturi egentibus, sive quo alio ducti consilio, ipsa celeritas in terram sese proripientium et recedentium in sedes coelicolarum similitudinibus locum praebere solet. Atque quae sunt hujus generis imagines reperiuntur: *N*, 62—65. *O*, 81—83 (Apoll. Rh. β, 541 sqq.) *O*, 170—72. Σ, 614. *O*, 237-38. *T*, 350-51. α, 96. 320. γ, 271-72. ε, 51 54. 337. ζ, 20. —

---

possimus, nec sit ambiguum, qua utraque fuerit statura, quibus oculis, crinibus, mammis et quae sunt reliquae corporis partes. Antehom. 353 sqq.

cf. Lessing. Laocoon. p. 145 sqq.

Apoll. Rh. β, 267—77. Quint. α, 696. γ, 589—91. 781. η, 449—70. —

Videmus in hisce omnibus celeres deorum motus aut cum ventorum aut cum avium celeritate esse comparatos.*) Unde factum videtur, ut aliis quoque locis, quamvis nulla in iis insit celeritatis significatio dii avium similes esse dicantur. Sedent enim, ut duo illa notissima adferam exempla *H*, 59—60. Apollo et Minerva in fago ὄρνισιν ἐοικότες αἰγυπιοῖσιν; sedet Somnus *Ξ*, 289—90 in abietis ramis. ὄρνιθι λιγυρῇ ἐναλίγκιος, ἥντ' ἐν ὄρεσσιν χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν Utroque loco interpretes cavendum esse docent, ne quis mutatione facta deos avium formas suscepisse credat; (v. Heyne et Koeppen ad h. l. l.) nihil enim significari, nisi deorum habitum in sedendo, quem avium similem esse dicat poeta. Equidem me nescire confiteor, quid obstet, quominus deos his locis vere mutatos fuisse in aves putemus; neque enim verba repugnant,**) neque deorum, quos Homerus fingit, natura, quamlibet, si visum est formam induentium. Sic. χ, 239—40 Minerva, praesens Ulixi numen, hirundinis formam mutuata, sedet in lacunari, ubi quin facta sit vera corporum mutatio dubium esse non potest. Atque etiam haec de diis opinio minime aliena videtur ab illius aetatis, quam Homerus depinxit, indole et natura. Homines enim, quales tunc fuere religiosissimi, quum omnibus rebus deos crederent interesse, nec viderent ipsos illis formis indutos, quibus ornati putabantur, non dnbitarunt, opinor, pro diis habere, quidquid praesidio fuisse videbatur in rerum aliquo discrimine, praesertim, si quae deorum propria credebantur aliqua ex parte conspicerentur in illo. Itaque quid mirum, quod poeta, quem non decet discedere a popularibus religionibus, hirundinem, quum ad manus ventum esset inter Ulixem et procos, sedentem in tecto, hanc deam esse voluerit Ulixi semper propitiam. Eadem ratio esse videtur locorum, quos supra laudavimus *H*, 59, *Ξ*. 289. Atque etiam reliquis locis, quicumque huc pertinent (*v*. supra quamquam nihil nisi similitudines inesse confiteor, eadem tamen elucet de diis ubique

---

*) Etiam clarius elucet poetarum studium deorum celeritatis describendae, quando ex cogitationum celeritate capiunt similitudinem, quod semel factum videmus *O*, 81—83. ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀΐξῃ νόος ἀνέρος κτλ. Imitatus est hunc locum Apoll. Rh. β, 54 sqq. —

Idem valere videtur Apollinis cum nocte comparatio *A*, 47. ὁ δ' ἤϊε νυκτὶ ἐοικώς propterea quod θοή noctis epitheton est perpetuum, cf. *K*, 394. 468. *Ξ*, 261. *Ω*, 366. 653. μ, 384, quamquam terroris quoque notionem his verbis contineri, negari non potest. Quod vel maxime testatur Hectoris cum nocte comparatio; *M*, 463 (cf. λ, 606). v. Buttmann. Lexil II. p. 60 sqq.

**) Vocem ἐοικώς non semper comparandi vim habere satis demonstrat *Δ*, 78. Minervam enim h. l. non meteori similem, sed mutatam potius in meteorum in terram sese praecipitare, sequentia poetae verba testantur. cf. Koeppen ad h. l. et Hezel, Geist der Philosophie u. Sprache d. alten Welt. Thl. I. Luebeck. 1794. p. 10. (apud Friedrich Realien etc. p. 5.)

praesentibus pervulgata opinio. Sic enim ortas esse colligo: Videt poeta nebulam quae ex aequore ascendit in coelum, Thetidem esse putat Olympum petentem *A*, 359. 497; videt fulicam, quae emergit ex undis *ε*, 337; opinatur se videre Leucotheam atque in ipso ventorum flatu praesentia numina sentit *ζ*, 20. Nec vero derogat diis germanam illam et quam olim iis tribuit popularis opinio formam humanam, sed quae oculis se offerunt divina quasi naturae spectacula, haec ita confert ad deos ut eorum similia esse dicat. Conveniens hoc dulci humani generis infantiae, simul et ingenii testimonium vere poetici, naturam omni ardore amplectentis. Inde etiam recentiorum crebrae imitationes cff. Ap. Rh. *δ*, 877. Qu. Sm. *δ*, 110 et loci supra laudati. —

Sed de hoc similitudinum genere satis disputatum. Alterum est, ut quaeramus, quales ii, qui primas agunt in fabulis epicorum ad animos soleant depingi et quae sit similitudinum huc spectantium ratio. Est autem consentaneum, non tam animi indolem ac naturam, quippe quae factis demonstretur, per similia solere describi, quam qui subito et excitantur et sedantur animorum motus atque perturbationes et quales sint et quibus prodantur actionibus.*) Atque quod praecipua quadam cura contextae sunt eae, quaecunque hoc respiciunt, similitudines, ex poeseos epicae emergit natura, omnia ea verborum, ut ita dicam, pictura exprimentis, quae tragici poetae actoribus relinquunt, vultu, gestibus, tota actione demonstranda. — Hinc luminosae affectuum descriptiones, quibus excellit Homerus, hinc recentiorum satis perspicuum studium in medium proferendi id, quod aeque decorum esset carmini epico, ac necessarium. —

Quodsi diligentius intuemur similitudines animorum motus describentes, animadvertimus, aut affectus comparari cum affectibus aliorum et qui re alia sint excitati, aut ex re dispari aliqua capi similitudinem. Quarum quae sunt prioris generis aliae hominum inter se comparant affectus, ut quae leguntur:

H, 4, 7. *O*, 624—29. *Π*, 7—11. *Ψ*, 222—25. *ε*, 394—98. *ϑ*, 523—31. *κ*, 415—18. *ν*, 31—35. *π*, 17—21. *Ψ*, 233—39.

Hesiod. Sc. 42—45.

Apoll. Rhod. *α*, 269—76. *γ*, 656—64. *δ*, 167—7; 1280—89.

Quint. Sm. *δ*, 63—72; 76—86. *β*, 103—6. *ε*, 500—9 *ζ*, 125—29. *η*, 455—63. *ϑ*, 831—36.

aliae ad humani animi motus conferunt eos, qui animalium proprii aut sunt, aut putantur:

---

*) Semel tantum apud Homerum animi naturam allata similitudine descriptam reperimus *Γ*, 60—63, quo loco Paris Hectoris et constantiam et severitatem, nec minus fortitudinem invictam his verbis exprimit: *αἰεί τοι κραδίη πέλεκυς ὥς ἐστιν ἀτειρής κτλ.*

Γ, 23—28. δ, 791. κ, 410—15. υ, 13—16. —

Ap. Rh. γ, 1259—63. δ, 12—13; 1298—1304.

Qu. Sm. β, 371—77. γ, 170—74; 181—85; 200—203; 270—72. η, 715—22. μ, 580—85. ο, 482—88.

Quae omnes, quoniam in promptu est comparare ea, quae naturae sint plane ejusdem, non magnam exhibent vim inventionis, neque poetica sunt facultate insignes, praeter perpaucas illas, quas ex Iliade adtulimus. In quibus duae potissimum Γ, 23—28 et 33—37 ut solitam in fingendis similitudinibus ἀκρίβειαν, sic etiam ingenium perhibent vere poeticum: Ut leo gaudet esuriens, quando praedam conspexit, qua satiari possit, sic, ubi Paridem vidit, gaudio afficitur Menelaus; Paris vero pedem refert obstupefactus, ut ille, qui forte serpentem vidit. Quid est, quod melius exprimat atque verius et Menelai ardorem adulterum petentis, et ingentem Paridis metum, ultoris conspectu pravique facinoris renovata conscientia perterriti?

Majorem vero vim poeticam, majusque acumen eae prae se ferunt comparationes, quibus ex re dispari capta similitudine aut ipsi affectus, aut certae quaedam affectuum declarantur significationes. Hujus generis e. g. praeclarum illud Homeri ὡς δ' ἄνεμοι δύο πόντον ὀρίνετον I, 4—8, ubi maris fluctuantis procellisque agitati proponit imaginem, ut haesitantis et variis cogitationibus conflictati animi humani motus inde cognoscantur; item similitudo illa, quae legitur Ξ, 16—21 ὡς ὅτε πορφύρῃ πέλαγος, qua Nestoris animum dubii multumque deliberantis ita describit poeta: Ut maris undae purpureo splendent fulgore praesentientes ventos celeres mox venturos, neque tamen prius huc vel illuc vergunt, quam certus venerit a Jove ventus; sic senex deliberat, utram viam ingrediatur. — Eandem autem animi fluctuationem ratione prorsus dissimili, sed non minus apta descriptam reperimus τ, 518 sqq. quo loco lusciniae cantus crebra commutatione modo flebili, modo laeta voce canentis subest comparationi et apud Apollonium γ, 756—60, qui tremulum solis lumen aqua repercussi ad eandem rem contulit. — Nimiam vero subtilitatem inesse in hisce similitudinibus nemo, opinor, judicabit, qui quidem noverit studium Graecorum poetarum oculis et auribus ea quoque subjiciendi, quae si ad vivum resecare velis, sensibus percipi non possint.

Quae autem sub sensus cadunt affectuum significationes, eas non minus per similia illustrare solent poetae, ut Agamemnonis gemitus Homerus K, 5—10

ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀστράπτῃ πόσις Ἥρης ἠϋκόμοιο
— ὣς πυκίν' ἐν στήθεσσιν ἀνεστενάχιζ' Ἀγαμέμνων

i. e. ut quando ingruit tempestas, fulgura deinceps fulgura excipiunt, sic Agamemno gemitus edere non desiit. Nec, ubi lacrimas effundunt sive mortales, sive immortales, similitudines deesse solent. Sic Agamemno I, 13—15 flet ὥστε κρήνη μελάνυδρος κτλ.

quod idem legitur *Π*, 2—4. Qu. Sm. *γ*, 577—81. Similia reperiuntur: Qu. Sm. *β*, 623. *ξ*, 282 – 88. — Quae praeterea hoc genus spectant similitudines hae sunt: *Ψ*, 597—600. *ν*, 25—28. Apoll. Rh. *α*, 1243—49. *γ*, 1019 — 21. *δ*, 1091 — 66. Quint. Sm. *ε*, 364—70. 379 – 85. 386 — 91.

Iam transeamus necesse est ad eas similitudines, quibus actiones sive hominum, sive deorum ante oculos ponuntur. Quarum quum permagna sit et multitudo et varietas, fieri non poterit, ut in certos ordines classesque omnes redigantur, praesertim quum in deliciis hoc habeant poetae epici, ut quod semel factum sit, nec magni ex nostro quidem arbitrio momenti, hoc quoque illustrent adhibitis similitudinibus (v. e. g. *ε*, 488 sqq. *Φ*, 257 sqq.) Accedit, quod in hoc genere, ut non eadem omnibus subest carminibus materia, ex ipsa actionum, quae describuntur, diversitate, similitudinum proficiscitur diversitas. — Quodsi primum, quae sunt finitima omnino in materia carminibus subjecta, Iliadem contemplamur et Quinti Posthomerica, apparet in utroque carmine rerum bellicarum descriptiones principem locum obtinere; unde fit ut permagna in iis insit similitudinum frequentia et universorum exercituum et singulorum heroum pugnas et contentiones illustrantium. Contra, quum sit consentaneum ex rerum narratarum natura omnem pendere similitudinum rationem, quae sint hujus generis vix duae in Odyssea, paucae in Argonauticis reperiuntur. Primum igitur si in Iliadem intuemur, ut in omni narrationis contextu, sic etiam in usu similitudinum, de quibus nunc loquimur, mira apparent artis vestigia. Etenim poeta, priusquam proelia enarrare exorsus est, Graecorum exercitus ad concionem properantis integram proponit imaginem, similitudinibus deinceps adhibitis describens et virorum multitudinem, clamorem, armorum fulgorem, agminum incessus *B*, 87 – 93; 144 – 49; 207—10; 394—97; 455—73; 780 — 85. Similiter etiam, quamquam minore similitudinum apparatu Trojanorum agmina ex urbe ruentium oculis proponuntur: *Γ*, 2 – 7; 10—14. Tum demum, quum res in eo est, ut manibus sit decertandum, amborum exercituum concursus pingitur *Δ*, 422 – 28; 433—36; 452 – 56. — Omnino autem, ubicumque magnae militum copiae prodeunt, sive instantes hostibus, sive fugientes, quotquot in pugnis esse solent actiones atque condiciones, impetus, clamores, fugae per similia solent describi et illustrari, ut ex his locis apparebit: *E*, 522 – 27. *Λ*, 67 — 61; 151 — 59; 172 — 78. *M*, 417 – 24; 433 36. *N*, 39 — 43; 334 – 37; 491—95. *Ξ*, 394 — 401. *O*, 271 — 78; 323 — 26; 381—84; 410—13. *Π*, 352 – 56; 364—66; 641—44; 765—71. *P*, 263 – 66; 755—59. Τ, 357 - 63. —

Atque secundum eam, quam Homeri propriam esse demonstravimus, consuetudinem, res singulas cum singulis rebus comparandi, loci, quos laudavimus unius quisque rei, distinctam continet expositionem. Saepius etiam in describendis rebus vilioribus, vel secundariis nimium operae consumpsisse videtur poeta, ut si allata similitudine

exponit, quam pulvere sparsi fuerint Graeci proeliantes *E*, 497—503 (cf. Quint. Sm. *β*, 471—79). At si quis accuratius perspexerit hanc rerum minimarum picturam, non poterit non concedere, aptissimam eam esse ad illustrandas res maximas, inque eo consistere et poetae et pictoris artem, ut ducendis parvulis lineamentis totius rei veram adumbrent perspicuamque imaginem (cf. *K*, 297—98.). —

Ab Homero autem non multum discrepat Quinti consuetudo, qui res easdem iisdem prope similitudinibus illustravit, atque ille, hac scilicet ratione, ut ab Homero mutuatus quaecunque suo carmini convenire videbantur, distorta ea quidem proferat, sua saepe inculcans, tamen ut agnosci possint disjecti membra poetae. Sunt autem, qui huc pertinent loci: *α*, 5—10. *β*, 196—200; 217—18; 221—28; 230—34. *γ*, 170—74; 220—28. *δ*, 78—81. *ζ*, 324—27; 330. *ϑ*, 49—53; 59—68; 69—74; 360—65. *ι*, 162—68. *ϰ*, 66—72. *λ*, 122—26; 155—60; 207—16; 382—83. *ν*, 133—42; 480—87. — quos cum Homericis plerumque congruere similitudinibus comparandis utrisque intelliges. Atque etiam in Apollonii carmine, ubi, quod raro factum est, exercituum describuntur certamina et contentiones, hujusmodi reperiuntur similitudines: *α*, 1026—27. *β*, 123—29; 130—36. *δ*, 214—18. —

Videmus in his omnibus naturam plerumque et quae sunt magna in ea atque terribilia, venationes, animalium actiones eorumque inter se conserta certamina suppeditare ea, unde similia ducantur. —

Etiam majore studio in describendis proeliis, singulorum heroum, quibus primae datae sunt, certamina, impetus, clades aut illatae, aut acceptae et quodcumquae accidere solet ἐν μάχῃ κυδιανείρῃ ante oculos qonuntur. Hinc permagnus similitudinum numerus has descriptiones spectantium; quas ita afferre placuit collocatas, ut, quantum fieri potuit, similes cum similibus componerentur:

E, 87—94. *Δ*, 492—97. *M*, 40. *P*, 53—60. — *N*, 136—46 (Hesiod Sc. 375 sqq. Quint. Sm. *α*, 696 sqq). 53; 330; 687—88. *P*, 87—89; 736—41. *Υ*, 490—94. — *N*, 242—45. *O*, 624—29 *Δ*, 482—88 *M*, 131—36. *N*, 178—180. *Ξ*, 414—18. *Π*, 482—84. *Δ*, 462. — *E*, 136—43; 161—63; 554 60; 597—600. *Θ*, 306—8; 338—42. *K*, 330—34; 485—88. *Λ*, 62—65; 113—21; 129; 239; 324—25; 414—20; 548—57; 558—64. *M*, 41—49; 145—52; 167—72; 299—308. *N*, 198—202; 470—76; 703—8 (Quint. Sm. *λ*, 132 sqq.). *O*, 323—26; 579 83; 752—53; 656—58; 823—28. *P*, 61—69; 132—36; 281—85; 459—60; 541—42. *Υ*, 164—75; 403—6. *Φ*, 251—53. *X*, 139—44; 189—93; 308—11. —

Iam ex satis magno numero exemplorum, quae attulimus, colligi potest, quantum operae collocaverit poeta in eo, ut quaecunque agantur in proeliis, non aperte modo, sed et ornate enarrentur. Quantopere autem similitudinum usus in deliciis fuerit in rebus bellicis describendis, quantoque studio amplexi sint poetae hanc ornandi

opportunitatem, praeter Homerum Hesiodus testatur in exigui voluminis carmine, eodem hoc ornatu refertissimo cf. Scut. Herc. 321—22; 345; 375—79; 386—92; 402—4; 405—11; 421—23; 426—35; 457. —

Praeterea cff: Quint. Sm. α, 355—56. δ, 550—57. ϑ, 184—86. λ, 228—35. β, 345—54. η, 115—21; 586—94. κ. 170—76. β, 379—87. ϑ, 164—70. λ; 395—99. α, 249—52; 625—29. ι, 162—68. α, 315—18; 524—28; 538—46. β, 247—50. ζ, 396. η, 464—73. — α, 262—65; 396—402. β, 371—77. δ, 220—24; 237—46. ζ, 410. η, 486—92; 569—78. ϑ, 405—7. ι, 240—46. ν, 48—49. Apoll. Rh. β, 70—74; 79—83; 88—89. γ, 1374—80; 1386—91. δ, 468—71; 1682—88. —

Nec in Odyssea, ubi Ulixis cum procis certamina enarrantur, hujusmodi similitudines desunt: X, 299—301; 302—8. —

Sunt autem hae omnes, quod res attinet ad comparandum adhibitas ejusdem prope generis atque illae, quarum supra est mentio injecta, quum in utrisque e rerum naturalium spectaculis, hominum ac beluarum actionibus, venationibus imprimis et certaminibus, similia soleant depromi. — Iam vero quaeritur, quae sit poetarum in adhibendis similitudinibus ratio, quum actiones, non bellicas, sed, qualescunque incidunt, alias explicant. In quo certas leges non observatas esse dixeris, sed libero arbitrio elegisse poetas, quae ornare hoc modo vellent, quae non. Etenim quum Homerus ε, 488—91, ut Ulixem pingat arborum foliis tectum, hac utitur similitudine:

ὡς δ'ὅτε τις δαλὸν σποδιῇ ἐνέκρυψε μελαίνῃ
ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιῆς — — —
ὡς Ὀδυσεὺς φύλλοισι καλύψατο,

casu, non lege factum videtur, ut ad rem perquam exiguam similitudinem contulerit poeta, eamque, quam non admodum poeticam judicaveris. Equidem hanc certe legem retinuisse censeo Homerum, ut quodcunque heroum personas primas agentium ulla ex parte attingeret, dignum id haberetur descriptione accuratissima, quali in Odyssea praecipue saepius usus est etiam ad illustrandas res eas, quas poetica verborum copia vix dignas habueris (cf. ε, 432. ι, 384—88. μ, 250—55; 433. σ, 24—25. φ, 406. ω, 6—9. — Nec vero me adversarium habituri sint, qui tales descriptiones pedestrem orationem propius accedere, quam poeticam existimant. Mirum enim esse non potest, quum res ipsae, quae in Odyssea narrantur, minorem perhibeant vim poeticam vel tragicam, quam quae in Iliade inest, verba quoque minus magnifice esse instructa. Atque idem de magna parte imaginum dici potest, quibus utitur Apollonius, nisi hoc interesse putas, quod Homerus remoto saepe ornandi consilio nihil quaerit praeter rei alicujus perspicuitatem, Apollonius vero tenuissima quaeque similitudinibus augere studet atque exornare. cf. α, 537—40; 1201—5. β, 90—91; 278—83; 662—68; 1024—26; 1074—77. γ, 1196. δ, 1604—10.

5

Sed quum omnes, quas hucusque attulimus, similitudines in describendis sive hominum, sive deorum personis, animis, actionibus, versentur, reliquum est, ut intueamur in illas, quibus aut animalium, aut rerum inanimarum naturae pinguntur. Quarum haud magnum numerum esse apparet. Obiter enim, nec magno plerumque verborum apparatu aut equorum, aut navium celeritatem (*B*, 765. *K*, 547. Apoll. Rh. *β*, 600; 932—35) armorum fulgorem (*E*, 4--7. *Ξ*, 385. *T*, 375—80. *X*, 317—20. Hesiod Sc. 451 Apollon. Rh. *γ*, 1228—30) vestimentorum, aut pretiosae suppellectilis pulchritudinem (*Z*, 295. *ο*, 108. *δ*, 45.) adhibitis similitudinibus descripta reperimus.

Etiam minor earum similitudinum est numerus, quibus sententias, sive cogitationes de vita humana protulerunt poetae; cujus imbecillitatem, brevitatemque aptissime ita significat Hom. *Z*, 146- 49 *οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν κτλ.* atque iisdem prope verbis *Φ*, 464 sqq. Similiter etiam Quintus ξ, 207 sqq.

ἀνδρῶν γὰρ γένος ἐστὶν ὁμοῖϊον ἄνθεσι ποίης
ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι, τὰ μὲν φθινύθει, τὰ δ' ἀέξει.

Imbecillitatis autem conscientia, quum vigeat in omnibus, qui primum animo et cogitatione res humanas complecti coeperunt, non mirum est quod eadem apud Homerum saepius occurrit sententia, ut *σ*, 129—30:

οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο,
πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει,

item *P*, 546—47

οὐ μὲν γάρ τί πού ἐστιν οἰζυρώτερον ἀνδρός,
πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει

quos locos proverbialem jam saepere sermonem judicaverim. Nec vero temere factum videtur, quod duobus illis locis (*P*, 446 et *Φ*, 464) deos ipsos immortales nec unquam senescentes ita de humana condicione judicare jussit poeta. Aptam vero illam comparationem brevis hominum vitae cum foliis uno eodemque vere prognatis*) quae auferat hiems, etiam posterioribus poetis acceptam fuisse, testatur Aristophanis illud Aves, 684:

ἄγε δὴ φύσιν ἄνδρες ἀμαυρόβιοι φύλλων γενεᾷ προςόμοιοι.

III.

Ad tertiam accedimus commentationis nostrae partem, qua complecti voluimus ea, quae suppeditare poetis similia soleant. Quibus autem condicionibus adstrictus sit rerum delectus, e quibus ducantur similitudines facile intelligitur. Primum enim poetas iis se finibus continere necesse erat, qui ipsorum et scientia et cognitione rerum essent

*) Sic recte Spitzner interpretatus est Homeri verba *φύλλων γενεή* Exc. IX. p. 10.

praescripti, deinde etiam, quum tam ornandi, quam apertius dicendi causa sumerentur similitudines, nihil afferre, quod alienum esse posset ab intellectu eorum, quibus carmina condiderunt. Negari igitur non potest, in ipsis similitudinibus magnum inesse adjumentum ad cognoscenda et poetarum ingenia et aetatum, quibus fuerunt, indolem. Tamen si consideraveris Quinti studium imitandi vel exscribendi id, quod fingere ipsi per ingenii culpam non licuit, reperies, similitudines ab eo usurpatas, quippe quas ab Homero mutuatus sit, hanc minus praebere opportunitatem. Atque etiam Apollonium non omnino liberum esse Homeri imitatione apparebit.

Sed ad Homerum ipsum nos convertamus primumque eas contemplemur similitudines, quae e rerum naturalium spectaculis ductae sint. Quas, quod inventionem poeticam attinet omnium praestantissimas habuerim. Principem autem in his locum obtinent, quae maris aestuantis procellisque agitati proponunt imaginem: *B*, 144—46. *Δ*, 422—28. *H*, 63—66. *I*, 4—8. *Λ*, 305—9. *N*, 795—801. *Ξ*, 16—21. *O*, 381—84; 624—29. *P*, 263—66. — Ex his si quid conjicere licet, Woodii haud improbanda videtur opinio qui non inepte ipsam poetae patriam inde voluit cognoscere.*) Nam quum inter ventos mare vexantes Zephyrum plerumque praeter ceteros turbidum atque procellosum esse dicat poeta, qualis esse non soleat, nisi in ora Asiae Ionica (*Δ*, 422—28. *H*, 63—66. *I*, 4—8. *Λ*, 305—9.) facile adducimur, ut ipsum, quippe ex hac terra oriundum, familiaribus et quasi patriis simlitudinibus usum esse putemus. Ubicunque autem apud Homerum Zephyri fit mentio, hanc ei vim tributam esse videmus (*B*, 147. *Δ*, 276. *Φ*, 334. *ε*, 295. *μ*, 289.) exceptis duobus Odysseae locis *δ*, 567. *η*, 119, quibus quum regionum occidentalium, Phaeacum insulae et insularum fortunatarum natura describatur, justam locorum rationem duxisse videtur, eundem ventum lenem esse dicens frugibusque salutarem. Zephyrum enim iis regionibus, quae ad occidentem vergant, leniorem esse, jam ex poetarum Romanorum carminibus satis notum est (Lucret V, 736; Horat. Carm. IV, 7, 9.) — Similiter etiam atque Homerus Quintus, qui prope Smyrnam se habuisse domicilium haud obscure indicat (*μ*, 310 sqq.) Zephyri describit naturam (*δ*, 80 *ῥιπῇ ἀπειρεσίῃ νεφεληγερέος Ζεφύροιο*) quamquam, quum totus ille locus Homerum redoleat (cf. *B*, 147 sqq.) argumentum inde capi vix potest. Ceterum ejusmodi similibus nec Apollonius, nec Quintus saepe usi sunt, for-

*) Rob. Wood, An essay on the original genius of Homer. London 1769[c], liber sane dignus, qui ab oblivione vindicetur; quem jacens Homeri studium mirum in modum excitasse Goethe testatur (Wahrheit und Dichtung vol. XXII. p 109). —

Ceterum huic quaestiunculae post tot virorum doctissimorum disquisitiones, nostra aetate jam nullum esse locum, non sum nescius. cf. Grote, Geschichte Griechensands, deutsch von R. N. W. Meissner 1850. vol. I. p. 493 sqq. et quos ille laudavit scriptores.

tasse quod in his Homerum se adaequare non posse ipsi sentiebant; Apoll. Rh. γ, 1370—71. Quint. Sm. α, 320-24. γ, 508—15. ε, 364—70. ϑ, 59—68 (cf. *I*, 4 sqq.)

In reliquis vero similitudinibus, quas e rerum, vel coelestium, vel terrestrium natura ad res alias transtulit Homerus, tempestates plerumque, fluminum redundationes, saxorum lapsus depingi solent: *Δ*, 452-56. *E*, 87—94. (cf. Quint Sm. η, 115—21). *K*, 5—10. *Λ*, 492—97. *M*, 157-60; 278-87. *N*, 136-46 (cf. Quint Sm. α, 696 sqq.) *Ξ*, 414—18. *Π*, 384—93. — Atque in his fere omnibus, saepius quam in aliis, hyperbolen quandam inesse, eam vero, quam non admodum reprehendas in poeta, res ipsa docet. Etenim quod apud Homerum *I*, 14 Agamemno lacrimas fundit

— ὥστε κρήνη μελάνυδρος,

ἥτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ

fortius fortasse hoc dictum putaveris, tamen haud scio an magis hoc placeat, quam quod tenuius est Romani illud; „imbre per indignas usque cadente genas" (Ovid. Trist. *I*, 3. 18) hanc scilicet ob causam, quod excelsior digniorque poeta fontis imago, quam imbris videri potest. — Certe etiam in his comparationibus modum retineri oportet. Nam quod Quintus finxit, Auroram morte Memnonis dolentem lacrimare ἀενάῳ ποταμῷ ἐναλίγκιον (β, 624) non excelsum, sed ridiculum est, etiamsi concedas, deas vehementius flere quam mulieres mortales. —

Atque etiam quae quotidie oculis cernuntur siderum fulgor, perniciosa vis fulgurum, ventorum, ignis, similia suppeditant Homero ad illustrandam vel rerum hominumque pulchritudinem, vel eorundem formidolosam speciem ac naturam: *Z*, 295; 401. *Ξ*, 185. *Λ*, 62—65. T, 381; 398. Y, 25—30. Quae similitudines, quum omnium temporum poetis sint communes, nihil fortasse valent ad dijudicandum peculiare Homeri ingenium, vel aetatis, qua fuerit, indolem; hoc tamen testantur, poetam, qui quidem dignus sit hoc nomine, naturae adhaerescere arctissimo quasi vinculo illigatum et quae in ea insunt, tam magna, quam parva poetica facultate comprehendere oportere. Reperiuntur autem hujus generis similitudines et in Apollonii et in Quinti carminibus, Homericis simillimae et in quibus nihil reprehendas, nisi, quod supra jam notavimus studium illud efficiendi, ut ex omni parte congruant res inter se comparatae. Cff. Apoll. Rh. α, 1026—27; 1201-5. γ, 956—61; 1359-63; 1377-80. δ, 125—26; 139—44. Quint. Sm. α, 355—56. β, 345-54. δ, 550—57. η, 115—21; 586-94. ϑ, 184-86. κ, 170-76. λ, 228—35. —

Alterum est genus similitudinum idque usitatissimum, quod ex animalium vita et actionibus est captum, ita ut quae propria sint sive ferarum, sive pecudum, ea collata reperiamus ad heroum habitum et actiones. Imprimis vero quae e ferarum vita, leonum potissimum et aprorum ductae sunt similitudines, cum numero, tum copiosa plerumque descriptione insignes, indicant, venationes in bestias illas institutas Homeri

temporibus usitatissimas, fuisse ipsique poetae notissimas, ut qui omnem venandi ratoonem in his ipsis similibus accurate descripserit. Venabantur autem juvenum catervae, canibus comitatae venaticis, venabulisque (ἄκοντες) armatae. Qui quando visus esset sive leo, sive aper circumcingere eum et ut in pugnis (*O*, 618) sic in venatione, quo melius bestiae impetum sustinerent, in orbem consistere solebant. (*M*, 40—49 πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες cf. δ, 791—93). Noctu vero qui stabula ingredi vellent, leones facibus incensis propulsabant (*Λ*, 556. *P*, 663). Haec omnia tam vivis coloribus depinxit Homerus, ut eum non relata referre, sed quae ipse viderit, ipse fecerit, mea quidem opinione manifestum sit. cf. *Γ*, 23—28. *E*, 136; 161—63; 476; 554—60. *Θ*, 338—42. *K*, 283—88. *Λ*, 113—21; 172—78; 324—25; 414—20; 546—47. *M*, 145—52; 299—308. *N*, 470—76. *Π*, 752—53. *P*, 61—69; 108—13; 132—36; 281—85; 657—65. *Y*, 164—75 (cf. Hesiod. Sc. 426 sqq).

Etiam cervos caprasque feras juvenes venabantur in hoc genere non venabulis utentes, sed sagittis (*Λ*, 473—83. *O*, 271—80; 579—83). Cassibus vero, quos postea ad venandum adhibuerunt (Quint. Sm. β, 372) Homeri temporibus venatores non usi fuisse videntur, nisi in aucupio, (χ, 469) quoniam nusquam eorum fit mentio apud Homerum. —

Perpaucae autem hujus generis similitudines, quibus Apollonius carmen suum exornavit, ab Homericis non multum discrepant, nisi quod tenuiores sunt, nec eodem studio et rei venaticae scientia contextae: β, 25—29; 123—29; 278—83. γ, 1350—53. —

Etiam de iis, quibuscunque Quintus usus est hujus generis similibus, eadem optimo jure feretur sententia. In quibus fere nullum memoratu dignum occurrit praeter id, quod legitur ζ, 532—37; quo copiosius poeta venationem leonum descripsit. Praeterea cff α, 315—18; 538—46. β, 282—84; 575—82. γ, 142—48; 181—85; 267—68. ε, 370—79. η, 486—92. ϑ, 268—72. μ, 580—85.

Sunt etiam quaedam similitudines, quamquam haud multae, e quibus quae fuerit ratio piscandi apud veteres cognosci potest. E quibus emergit, pisces captos esse, aut retibus (λίνον πάναγρον *E*, 487, δίκτυον πολυωπόν χ. 386, ἀμφίβληστρον Hesiod Scut. 215) aut hamis, qui taleis plumbeis fistulisque corneis*) erant armati (*Π*, 406—9. *Ω*, 80. μ, 250—55). Copiosius Quintus, η, 569—78 aliud piscandi genus describit, in quo pisces, quum ignis splendore pellecti ad summum mare adnatassent, tridentibus percutiebantur. Quem morem, quo etiam Romani utebantur (Plin. Hist. N. IX, 50) nostros quoque in quibusdam piscium generibus sequi notum est. Idem autem spectare videtur Homericum illud: ἰχθῦς δ'ὥς πείροντες κ, 124.

---

*) cf. Friedreich Realien p. 264.

Ex apium denique venatione modo unam apud Homerum sumptam esse vidi similitudinem *M*, 167—72, quamquam, quum mel inter cibos aliquo honore fuisse constet)*Λ*, 631. *κ*, 234. *Υ*, 69) etiam hoc genus non inusitatum fuisse puto Quomodo apiarii, sive mellarii (*μελισσοκόμοι*) favos exemerint ex alvearibus, docte exposuerunt Apoll. Rh. *β*, 130—36. Quint. Sm. *γ*, 320—28. —

Reliquum est, ut intueamur in eas similitudines, quae e pecudum vita et actionibus sint depromptae: quas numero illas, de quibus modo dictum est, prope adaequare video. Atque ut ex illis venationum praecipuus quidam elucebat amor magnaque scientia, sic ex his optime intelligitur, quantus apud veteres et agriculturae, et quae ad eam pertinebat, rei pecuariae fuerit honos.*) Etenim quam Xenophon protulit de optimo vivendi genere sententiam: *ἀνδρὶ καλῷ κἀγαθῷ κρατίστη ἐργασία ἐστὶν ἡ γεωργία*, (Oecon, 6, 8) hanc suam sibi jam vendicat Homerica aetas. Quid igitur mirum, quod, quae honestissima habebantur summoque erant apud omnes honore, poetis quoque ornandi fecerint copiam? quid mirum, quod Agamemnonem Homerus bovis similem esse dicat, ut robur ejus eximiamque pingat corporis magnitudinem, (*Γ*, 166) Ajacem vero, fortiter pugnantem cum asino comparet, qui nullis nec minis, nec verberibus pelli possit?**) (*Λ*, 558—64). Neque enim veteres in hisce animalibus aliud quidquam videbant, quam quae natura iis data erant, robur et in ferendis laboribus patientiam, nec quae nos subtilius, quam verius, humanitatis nimia quasi conscientia elati, vitio illis tribuere solemus, stupiditatem, inertiam, segnitiem propria eorum esse censebant.***) Quocirca, qui integro utitur judicio, etiam in hoc genere in Homeri facultatem admirabitur eligendi id, quod ad comparandum ubique sit aptissimum, nec aptum modo, sed si illius aetatis indolem respicias, pulchrum atque decorum. Mihi quidem ex hoc genere una praeter ceteras placuit similitudo, qua Priamus utitur ad describendam Ulixis mixtam cum quadam gravitate pulchritudinem: *Γ*, 196 sqq.

---

*) Friedreich, Realien p. 259.

**) Im ganzen Morgenlande war der Esel kein verachtetes Thier. Der Patriarch Jacob vergleicht in den Abschiedsworten an seine Soehne im I. B. Mos. 49, 14 den Isaschar mit einem starkknochigen Esel, der zwischen Viehhuerden ruht, wodurch die behagliche Ruhe des im sicheren Wohlstand sich befindenden ausgedrueckt wird. Der Kalif Mervan hatte den Beinamen al Himar, der Esel, welcher Name ihm nach der sprichwoertlichen Redensart: er ist im Treffen ausdauernder, als ein Esel, beigelegt wurde. — Friedreich l. l. p. 105. Adnot.

***) Fabulis potissimum de animalium vita et moribus contextis, quas in primis nostri excoluerunt poetae, factum esse opinor, ut apud nos certas quodque animal partes agat, epithetis quibusdam comprehensas, quibus quasi solemnibus et perpetuis in communi etiam sermone uti consuevimus. —

αὐτὸς δὲ κτίλος ὣς ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν
ἀρνειῷ μιν ἔγωγε ἐΐσκω πηγεσιμάλλῳ
ὅστ' οἰῶν μέγα πῶυ διέρχεται ἀργεννάων

quo quid melius exprimat totum viri habitum, nescio. — Reliqua vero, quae huc spectant similia his locis reperientur: *Δ*, 275—81; 433—36. *Θ*, 131. *K*, 183—88. *M*, 451—53. *N*, 570; 703—8 (cf. Quint Sm. λ, 132 sqq.) *P*, 4—5. κ, 410—15. λ, 408—10; 411—14.

Apollonius autem et Quintus etiam in hoc genere Homeri vestigia prementes haud raro similibus usi sunt e pecudum actionibus translatis. Tamen Apollonius nostram sentiendi et judicandi rationem jam propius accedere videtur, quum Mossynoecos aperte id facientes, quod hominem facere non deceat, nisi occulte, porcis similes esse dicat: β, 1024—26

οὐδ' εὐνῆς αἰδὼς ἐπιδήμιος, ἀλλά σύες ὥς
φορβάδες, οὐδ' ἠβαιὸν ἀτυζόμενοι παρεόντας
μίσγονται χαμάδις κοινῇ φιλότητι γυναικῶν.

Similiter enim etiam nos, quodcunque est sordidum vel in corpore, vel in moribus notare solemus. Ceterum huc pertinent α, 575—79; 1265—72. β, 662—68. —

Quod Quintus peculiari quodam studio et praecipua rei scientia in hoc similitudinum genere versatus est, non est, quod miremur. Illi enim Musae, quum, ut regum pueri olim, oves pasceret in arvis, cantum dederunt, (μ, 310) ut quum repente poeta prodisset, pristinae tamen vitae remanerent vestigia. Naturam vero tam accurate pinxit, ut ipsa natura taedium moveat legentibus. Cf. e. g. ε, 493—98. ξ, 33—37; praeterea α, 62—65; 396—402. γ, 181—85; 369—70. ε, 793—98. ζ, 107—13; 341—48; 606. η, 132—41; 257—61. ϑ, 372—75. λ, 170—79; 207—16. —

Sed de hoc genere satis dictum. Quoniam autem similitudines hucusque adadlatae vitam rusticam spectant, non alienum videtur paucis simul de iis disputare, quas e negotiis rusticorum passim sumpserunt poetae, praesertim quum non magnus earum sit numerus. E quibus primum quae frugum percipiendarum condendarumque fuerit ratio, intelligitur. Duo autem messorum ordines in utroque fine segetis collocati, quod in medio erat frumentum, falcibus demetebant, sinistra, quantum poterant, comprehendentes. Manipulos illos (δράγματα) alii colligebant, (ἀμαλλοδετῆρες) alii in horrea portabant. Cf. *Δ*, 67—71. *Σ*, 350—60. Apoll. Rh. γ, 1386—91. Quint. Sm. γ, 375—80 λ, 155—60. Grana deinde, quum in area junctis jumentis extrita essent (*Y*, 495—99. Quint. Sm. α, 351) ventilando a palea secernebantur *E*, 499—503. *N*, 588—92. cf. Vergil. Georg. III, 134. — Duae praeterea huc pertinent similitudines, quarum altera capta est e casei fabricatione (*E*, 902—4) altera e fossoris negotio, hortos irrigantis (*Φ*, 257—64.)

Rusticorum autem negotia omnium praestantissima habita esse, inde etiam colligi potest, quod temporum maturitates poetae sumptis plerumque e vita rustica vocabulis notare solent, ut *Λ*, 173 *νυκτὸς ἀμολγῷ**), *ἦμος ἠέλιος μετενίσσετο βουλυτόνδε*, *ι*, 58 (cf. Apoll. Rh. *γ*, 1342. Quint. Sm. *η*, 621, interdum copiosius describentes id quod certo aliquo tempore rustici facere soleant: *Λ*, 86—90. Apoll. Rh. *α*, 1172—78. —

Similiter Homerus duobus locis locorum intervalla describit *K*, 351 *ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀπέην, ὅσσον τ' ἐπίουρα πέλονται — ἡμιόνων κτλ.* — *Θ*, 124 *ὅσσον τ' ἐν νειῷ οὖρον πέλει ἡμιονοῖϊν κτλ.* quamquam in spatiis metiendis saepius utitur mensura vel e jactu missilium, (*K*, 357 *ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἄπεσαν δουρηνεκές.* *O*, 358 *ὅσον τ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωή — γίγνεται.* — *Π*, 589 *ὅσση τ' αἰγανέης ῥιπή.* *Ψ*, 431 *ὅσσα δὲ δίσκου οὖρα κατωμαδίοιο πέλονται*; ibid 523 *καὶ ἐς δίσκουρα λέλειπτο*) vel ex humani corporis artuum longitudine capta (*ὅσον τ' ὀργυίαν* *ι*, 325; *ὅσον τε πυγούσιον* *κ*, 517). — Haec hactenus. Et quoniam satis jam dictum esse videtur de similitudinibus, quae ad venationem, agriculturam, rem pecuariam pertinent, superest, ut de iis pauca disseramus, quae ex aliis hominum occupationibus sint ductae. E quibus quae rem bellicam spectant duae hanc ob causam memoratu dignae esse videntur, quod ad cognoscendas res militares aliquid ex iis percipi potest. Altera enim, quae legitur *Σ*, 207—14 docet, cives obsidione circumdatos hoc moris habuisse, ut incendiis factis (*πυρσοί*) signum darent vicinis, quo auxilium peterent; altera, *Σ*, 207, Homerum tubae**) usum in re bellica novisse perhibet. Quanta autem bellorum saevitia fuerit aetate Homerica, quae victis acciderint, nullo loco melius expositum est, quam similitudine illa, quae legitur *Θ*, 523 sqq. E civilibus vero negotiis, quae ductae sunt similitudines, quamquam nec multae sunt, nec copiosis descriptionibus insignes, tamen de quibusdam artibus et opificiis certiores nos reddere possunt. Sic Hom. *P*, 389—95 artem corii praeparandi, *Σ*, 599—601 artem figlinam, *ζ*, 232—35 artem argenti inaurandi commemorat non tamen, ut omnis artium exercendarum ratio inde percipi possit. Eodem pertinent, quae ex navium aedificatione captae sunt similitudines *O*, 310—13. *ε*, 249. *ι*. 384—88 (cf. Apollon. Rh. *β*, 79—83). — Equitandi autem artem, quam heroes ipsi, quorum facta narrantur, noverant quidem, sed non exercebant, nisi necessitate coacti,

---

*) Quamvis Buttmann. Lexil II. p. 39 sqq. jure negavarit, tempus hoc vocabulum significare, quo vaccae mulgeantur, tamen quin a verbo mulgendi (*ἀμέλγειν*) originem traxerit dubium esse non potest. cf. J. F. Boettcher, Aehrenlese zur homerisch—hesiodischen Wortforschung. Dresden 1848. (Progr. gymn.)

**) Praeter vocabulum *ἅπαξ εἰρημένον σάλπιγξ* *Φ*, 388 legitur *σάλπιγξεν μέγας οὐρανός* cf. Friedlaender Zwei hom. Woerterverzeichnisse p. 749. —

(*K*, 510) ea aetate, quo Homeri carmina condita sunt, jam magnopere excultam fuisse, emergit ex *O*, 679—86, quo loco poeta similitudine ex artificioso quodam equitandi genere capta usus est. —

Etiam artis gromaticae initia Homero jam nota fuisse, conjici certe licet ex *M*, 422 sqq. —

Praeterea huc referendae sunt aliquot similitudines e mulierum occupationibus translatae; quarum ex una (M, 433 sqq.) accipimus, pauperes de plebe mulierculas nendo interdum sibi quaestum paravisse (cf. Apoll Rh. γ, 291—94. δ, 1061—66) in altera Cariae et Maeoniae mulieres ebur artificiose purpura inficientes laudantur *Δ*, 141—47.

Superest ut de illo disseramus similitudinum genere, in quo humani animi aut motus, aut functiones ad comparandum adductae sint. Etenim affectus cum affectibus aliorum et qui re alia sint excitati, comparari solere, jam supra demonstravimus. Solet autem in hoc genere Homerus ex iis modo animi motibus capere similitudines, qui quasi natura hominibus innati et ob id ipsum omnium sunt fortissimi. Itaque nihil tam gratum homini esse dicit, quam esurienti laboribusque fatigato horam coenae et quietis (ν, 31—35) nihil laetius, quam e longa valetudine refici, vel ex diuturnis erroribus redire in patriam.) (κ, 415—18 cf. Hesiod. Sc. 42—45.) nec tam invisum quidquam, quam domum Plutoniam (*I*, 312. ξ, 156). Contra Apollonius etiam in hoc genere artem magis, quam naturam secutus, ea conquisivissse videtnr, quae a communi sensu longissime essent disjuncta v. e. g. δ, 167 sqq:

ὡς δὲ σεληναίην διχομηνίδα παρθένος αἴγλην
ὑψόθεν ἐξανέχουσαν ὑπωρόφιος θαλάμοιο
λεπταλέῳ ἑανῷ ὑποΐσχεται· ἐν δέ οἱ ἦτορ
χαίρει δερκομένης καλὸν σέλας· ὥς τότ' Ἰήσων
γηθόσυνος μέγα κῶας ἑαῖς ἐναείρατο χερσίν.

quod, etsi non contra naturam, tamen nimis quaesitum est, quam quod placere possit. Similiter vero idem α, 774 sqq. —

Quibus autem Quintus usus est in hoc genere similibus, illa Homericis tam similia sunt, ut lac lacti similius esse non possit.

E mentis denique functionibus, quae ductae sunt similitudines rarissimae sunt et apud Homerum et apud recentiores. In quibus omnibus cogitationum celeritas subjecta est comparationi. *O*, 81—83 *ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀΐξῃ νόος ἀνέρος κτλ.* quod paene ad verbum imitatus est Apollon. Rh. β, 541 sqq. η, 34 *τῶν νέες ὠκεῖαι ὡςεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα.* Hesiod Sc. *ὃδ' ὡς νόημα ποτᾶτο.* Quint Sm. ι, 462 *ὠκύτερον ποίησε νοήματος.* μ, 202 *εὖτε νόημα ἆλτο διὰ νεφέων.* —

Schulnachrichten.

I. Lehrverfassung.

A. Vorgetragene Lehrgegenstände.

Da das verflossene Schuljahr den zweijährigen Cursus abschließt, so hat der Gang des Unterrichts in demselben keine wesentliche Aenderung gegen das vorhergehende erfahren, und es wird also genügen, nur da noch besonders die Lehrpensa anzugeben, wo die letzte Hälfte des auf zwei Jahre vertheilten Stoffes zum Vortrage gekommen ist.

1. Lateinisch.

II, B. Cic. pro Milone u. pro Sulla, Liv. IV, Virg. Aen. III u. IV; Privatlectüre aus Curtius V, VI u. VII.

II, A. Cic. pro Roscio Amer. u. pro Dejotaro, Liv. XXX med — XXXI, med., Virg. Georgic. III und IV; Privatlectüre aus Cic. epist. ed. Süpfle.

I. Cic. de fin. I. u. III; Tacit. Annal. I. u. II; Horat. Carm. III u. IV, Carm. saecul., Epod. I, II u. XVI; Privatlektüre Cic. de fin. II.

2. Griechisch.

II. Plutarch. vit. parallel. Theseus, Romulus, Lycurgus u. Numa; Hom. Odyss. XIII—XXIV, theils in der Klasse, theils privatim.

I. Isocrat. ad Philipp. u. Trapeziticus; Plat. Menexen. u. Io; Sophocl. Trachin.; Hom. Il. XIII—XXIV theils privatim, theils in der Classe; Privatlectüre Herod. lib. III u. IV.

3. Französisch.

II, B. Jean Sobieski ou la campagne de Vienne par de Salvandy. Band 20 der Theissing'schen Sammlung.

II, A. Mort de Louis XVI par Lamartine; petites pièces de théâtre. Band 15 der Theissing'schen Sammlung.

I. Histoire de Frédéric le grand par Paganel. Band 27 der Sammlung.

4. Deutsch.

II, B. Es wurden gelesen: Schiller's Balladen und Wilhelm Tell, Abschnitte aus der Geschichte des 30jährigen Krieges.

II, A. Das Nibelungenlied.

I. Es wurde der 7. Abschnitt der Literaturgeschichte (nach Pischon) durchgenommen; Musterstücke wurden gelesen, so viel die Zeit erlaubte, und die Privatlectüre der Schüler wurde vom Lehrer geleitet.

5. Religion.

II. Einleitung in das N. T. und Geschichte des Erlösers; gelesen wurde das Evangel. Lucä und die Perikopen.

I. Geschichte der christlichen Kirche und Lectüre des Briefes an die Römer.

6. Mathematik.

I. Stereometrie, Zahlentheorie und Kettenbrüche, Anwendung der Trigonometrie auf stereometrische Aufgaben und Polygonometrie; binomischer Lehrsatz; Entwickelung der Logarithmen und Kreisfunctionen in Reihen.

7. Geschichte.

I. Wiederholung der alten und mittlern Geschichte, Vortrag der neuen von 1500—1815.

8. Naturkunde.

I. Lehre von der Wärme, Electricität, dem Magnetismus und Galvanismus, mathematische und physische Geographie.

Den Turnunterricht leitete Oberlehrer Dr. Schottmüller. Die Gesammtzahl der Schüler war in 3 Abtheilungen getheilt; eine 4. wurde von den Vorturnern gebildet.

Der Versuch, der im vorigen Winter gemacht worden war, Turnübungen in einem Saale, wenn auch mit manchen Beschränkungen, vorzunehmen, konnte leider nicht widerholt werden, weil kein geeignetes Lokal zu finden war, und es bleibt also die Erfüllung des Wunsches, einen Turnsaal von ausreichender Größe und Helligkeit zu erhalten, noch der Zukunft vorbehalten.

Um aber von der Fertigkeit der Schüler eine Probe abzulegen, wurde im Laufe des September ein Schauturnen veranstaltet, das den Beweis lieferte, daß manche sich eine ungewöhnliche Gewandtheit und Sicherheit angeeignet, die meisten aber mit Eifer geübt und ihrem Alter, so wie ihrer Befähigung angemessene Fortschritte gemacht haben.

Im Lauf des Herbstes wurde unter Betheiligung der Lehrer mit sämmtlichen Klassen ein größerer Spaziergang gemacht, der, durch gemeinsame Spiele belebt, ganz angenehm verlief.


Wie die Lehr-Stunden und Ordinariate unter die einzelnen Lehrer während des zweiten Semesters vertheilt waren, ergiebt die folgende Tabelle:

Namen der Lehrer.	I.	II, A.	II, B.	III, A.	III, B.	IV.	V.	VI.	Zahl der Stunden.
Techow, Ordinarius in I.	Lateinisch 2. Griechisch 2.	Lateinisch 2.		Lateinisch 2.				Lateinisch 2*)	10.
Claussen, Ordinarius in II, A.	Deutsch 3.	Lateinisch 8.	Geschichte 2. Geographie 1.			Geschichte 2. Geographie 1.			17.
Jänsch.	Mathematik 4. Physik 2.	Mathematik 4. Physik 1.	Mathematik 4. Physik 1.	Mathematik 3.	Naturgeschichte 2.				21.
Schottmüller, Ordinarius in II, B.	Lateinisch 6.		Lateinisch 8.	Griechisch 6.				Rechnen 4.	24.
Richter I, Ordinarius in III, B.	Französisch 2.	Französisch 2.	Französisch 2. Lateinisch 2.		Lateinisch 10.				18.
Richter II, Ordinarius in IV.	Griechisch 4.	Griechisch 6. (II, A. und II, B.)			Mathematik 3.	Lateinisch 10.			23.
Rahts, Ordinarius in III, A.				Latein. 8. Französisch 3. Relig. 2.	Griechisch 6.				19.

Namen der Lehrer.	I.	II, A.	II, B.	III, A.	III, B.	IV.	V.	VI.	Zahl der Stunden.
Bercio.	Religion 2. Hebräisch 2.	Deutsch2. Religion 2. Hebräisch 2.	Deutsch2.		Religion 2.	Grie= chisch 6.			20.
Schärffen= berg.				Gesch. 2. Geogra= phie 2. Deutsch2.		Deutsch2. Franzö= sisch 2. Relig. 2.	Geogr. 2. Gesch. 1. Franzö= sisch 3.	Geogra= phie 3.	21.
Talke.	Ge= schichte 3.	Ge= schichte 2. Geogra= phie 1.			Gesch. 2. Geogr. 1. Deutsch2. Franz. 2.		Religion 3.	Religion 3.	19.
Küsel, Ordinarius in V.						Mathe= matik 3.	Latei= nisch 9.	Latei= nisch 9.	21.
Kalanke, Ordinarius in VI.				Singen 2.		Singen 2. Zeichnen 2.	Schrb. 2. Zeichn. 2. Rechn. 4. Deutsch4. Singen 2.	Deutsch4. Zeichn. 2. Schrb. 2.	28.

*) Für die schwächeren Schüler.

In den Schulbüchern ist keine Veränderung vorgekommen.



II. Verordnungen der vorgesetzten Königlichen Behörden.


1. Unter dem 24. October 1864. Bei den Frequenzlisten soll künftig immer zu Ostern angegeben werden, wie viele Knaben unter 14 Jahren sich unter der Gesammtzahl aller Klassen befinden.

2. Unter dem 3. April 1865. Durch Allerh. Cabinets-Ordre vom 6. März ist es genehmigt, daß die frühere Cantorstelle in eine etatsmäßige Hilfslehrerstelle verwandelt werde.

Dagegen soll die bisher vom Gymnasiallehrer Thiem bekleidete Stelle künftig wieder in derselben Weise besetzt werden.

Unter dem 10. April. Die Realabtheilung der Secunda soll mit dem Anfang des Sommer-Semesters eben so, wie früher die der Tertia und Quarta, fortfallen, und der Lehrplan wieder ganz, wie sonst und wie an andern Gymnasien, ausgeführt werden.

4. Unter dem 26. April. Mittheilung derjenigen Bestimmungen, die jetzt für die Bergakademie zu Berlin maßgebend sind. Zum Hören der Vorlesungen sind berechtigt diejenigen Berg-, Hütten- und Salinenbeflissenen, die sich dem preußischen Staatsdienst widmen wollen, und außerdem die immatrikulirten Studirenden der Berliner Universität und des Gewerbe-Instituts.



III. Chronik der Anstalt.

A. Lehrerpersonal.

1. Das ablaufende Schuljahr hat erhebliche Veränderungen in der Zusammensetzung des Lehrer-Collegiums herbeigeführt. Der Gymnasiallehrer Thiem hatte leider die Genesung von seinem Halsübel an den Emser Heilquellen nicht gefunden; es wurde daher der Urlaub, der ihm schon für das vorige Schuljahr ertheilt worden war, noch bis Ostern d. J. verlängert. Im Laufe dieser Zeit beantragte er selbst seine Pensionirung, da er jede Hoffnung für eine Wiederaufnahme seiner langjährigen Thätigkeit unter uns schwinden sah. So schied er mit dem 1. April d. J. aus seinem hiesigen Amte aus, das er 36½ J. mit Treue und Gewissenhaftigkeit verwaltet hatte, und wir durften die Erwartung hegen, daß die ungestörte wohlverdiente Ruhe, und daß die Pflege seiner Tochter, in deren Hause zu Sülze in Mecklenburg-Schwerin er sich einstweilen aufhielt, ihm wenn auch nicht völlige Genesung, so doch Erleichterung und Kräftigung bringen werde. Leider ist dies nicht geschehen. Am 10. Juli d. J. ist er dort fern von uns im Kreise der Seinigen gestorben; eine ehrenvolle und dankbare Erinnerung wird ihm bei seinen Mitarbeitern und Schülern erhalten bleiben.

An seine Stelle trat vorläufig schon am 1. Oktober v. J. der bisherige Lehrer an der Stadtschule Ferdinand Kalanke ein, nicht, um, wie bis dahin, den Schreib-, Zeichen- und Singunterricht aushelfend zu ertheilen, sondern um eine volle Lehrerstelle auszufüllen. Auch bei dieser Gelegenheit erfuhren wir das freundliche Entgegenkommen der städtischen Behörden, die den Lehrer Kalanke ohne Einhaltung der Kündigungsfrist aus seinem bisherigen Verhält-

nisse zur hiesigen Stadtschule mit der größten Bereitwilligkeit entließen, damit wir nicht in Verlegenheit kämen.

Zu Ostern d. J. schieden drei Lehrer aus ihrem Verhältniß zur hiesigen Anstalt nach kürzerer und längerer Dienstzeit. Der Prof. Kühnast, der uns seit Ostern 1847 angehört hatte, ging an das Gymnasium zu Marienwerder; Dr. Volckmann, der seit dem Mai 1862 unter uns thätig gewesen war, wurde nach Elbing versetzt, und Dr. Krosta, der erst 1 J. vorher in die letzte ordentliche Lehrerstelle eingetreten war, folgte einem Rufe des Königsberger Magistrats an die Löbenicht'sche Realschule. In ihre Stellen traten die Schulamts-Candidaten Talke und Dr. Küsel; die eine Stelle blieb noch unbesetzt und mußte theils durch die Mitwirkung einiger Mitglieder des Lehrer-Collegiums, theil durch andere Aushilfen ausgefüllt werden.

2. Den unterzeichneten Direktor vertraten während seiner Abwesenheit zu den Landtagssitzungen mit der gewohnten freundlichen Bereitwilligkeit der Oberlehrer Claussen in der Leitung der Anstalt und zwei Unterrichtsstunden, die Drr. Schottmüller, Rahts, Richter I. und II. in seiner übrigen Lehrthätigkeit, der Oberlehrer Jänsch in dem Ordinariat der Prima. Ihnen allen sagt er den herzlichsten Dank für die collegialische Gesinnung, die sie ihm so oft und mit so vieler Selbstverleugnung bewiesen haben. Durch einen mehrwöchentlichen Urlaub hatte er es übrigens möglich gemacht, bei der Abiturientenprüfung, dem Schluß des Winter- und dem Anfang des Sommersemesters gegenwärtig zu sein.

3. Auch in diesem Jahre hat die Anstalt die wohlwollende Unterstützung der vorgesetzten Königlichen Behörden dankbar empfunden. Es wurden mehreren Lehrern außerordentliche Bewilligungen, einem außerdem auch ein mehrwöchentlicher Urlaub zur Wiederherstellung seiner Gesundheit gewährt; ihnen wurde dadurch eine willkommene materielle Hilfe, allen übrigen die erfreuliche Gewißheit zu Theil, daß die theilnehmende Fürsorge der Behörden immer zur Linderung augenblicklicher Bedrängniß bereit ist.

B. Lehrapparate.

1. Der Gymnasiallehrer-Bibliothek wurden von dem Königl. Ministerium die Fortsetzung der grammatici latini von Keil, der archäologischen Zeitung von Gerhard, des Rheinischen Museums und der Zeitschrift für deutsches Alterthum von Haupt und außerdem ein Exemplar des 1. Bandes des unter dem Titel „Urkunden und Aktenstücke des Kurfürsten Friedrich Wilhelm von Brandenburg" erschienenen Werkes überwiesen.

2. Aus den laufenden etatsmäßigen Fonds wurde für die Lehrer- und Schülerbibliothek so wie für den physikalischen Apparat das Nothwendigste angeschafft. Die Büchersammlungen erhielten aber auch einen sehr ansehnlichen Zuwachs durch die Bereitstellung außerordentlicher Summen, die aus den Mitteln der Anstalt von den vorgesetzten Behörden zu diesem Zwecke in dankeswerthester Weise angewiesen worden waren.

3. Herr Buchhändler Röhricht fährt fort, durch unentgeltliche Gewährung der erforderlichen Schulbücher arme Schüler zu unterstützen. Es gereicht dem Unterzeichneten zur Freude, ihm dafür im Namen der Anstalt und der Unterstützten verbindlichst zu danken.

4. Zu den Lehrmitteln der Anstalt darf auch wohl die Schwimmanstalt gerechnet werden, die, im vorigen Jahre durch die Geneigtheit der Königlichen und städtischen Behörden erneuert, auch in diesem Jahre unsern Schülern und manchen andern Bewohnern unserer Stadt die Annehmlichkeit des Badens und die Ertheilung des Schwimmunterrichts gewährte und unzweifelhaft dazu mitwirkte, daß der Gesundheitszustand unter der uns anvertrauten Jugend im Ganzen ein erfreulicher war. Herrn Baron v. d. Trenck, den Herren Mühlenbesitzern Kolmar und Kröaert und dem Herrn Amtmann Schrader, die uns Grund und Boden und den Zugang zu demselben überlassen, bleiben wir zu großem Dank verpflichtet.

C. Unterstützungen.

1. Aus dem Königlichen Stipendienfonds erhielten 15 Schüler der oberen Klassen Summen von 15 bis 20 Thlr. Außerdem wurde von dem Königlichen Ministerium ein Primaner polnischer Zunge, der sich dem Dienst der ev. Kirche in einer polnischen Gemeinde zu widmen entschlossen ist, mit 40 Thlr. bedacht.

2. Die beiden Rostock'schen Stipendien zu 30 und 20 Thlr. erhielten zwei Primaner.

3. Aus dem Fonds des Krüger'schen Stipendiums (das Nähere darüber giebt der vorjährige Bericht) wird in diesem Herbst zum ersten Male eine Unterstützung von 15 Thlr. bewilligt werden; die Ansammlung für das **stipendium Heinickianum** ist noch nicht so weit gediehen. Die dafür vorhandene Summe beträgt jetzt 284 Thlr. 23 Sgr. 7 Pf.

4. Auch in diesem Jahre hat das Curatorium der Sembeck'schen Stiftung an fünf Studirende, die unserer Stadt angehören und vom hiesigen Gymnasium entlassen sind, und an mehrere unserer Schüler Unterstützungen in einem nicht unerheblichen Betrage zahlen lassen.

D. Abiturienten.

Zu Michaelis v. J. wurden mit dem Zeugniß der Reife entlassen:

1. August Kolbe aus Milken, 24 J. alt, evangelisch, Sohn des verstorbenen Rectors zu Milken. Er war 6 J. auf dem Gymnasium und 3½ J. in der ersten Klasse desselben und will in Königsberg Theologie studiren.

2. August Grzybowski aus Tuchlinnen bei Arys, 22 J. alt, evangelisch, Sohn des Lehrers zu Martinwolla bei Lötzen. Er war 5 J. auf dem Gymnasium, davon die beiden letzten in der Prima und wird zu Königsberg Theologie und Philologie studiren.

3. Ernst Will aus Schippenbeil, 19½ J. alt, evangelisch, Sohn des praktischen Arztes zu Schippenbeil. Er war 8½ J. auf dem Gymnasium, 2 J. in der ersten Klasse und will sich dem Militairdienst widmen.

4. Bruno Löbell aus Pellenigken bei Insterburg, 17¾ J. alt, evangelisch, Sohn des Pfarrers zu Schirwindt. Er war 8 J. auf dem Gymnasium, davon die beiden letzten in der Prima und will sich zu Königsberg und Berlin dem Studium der Philosophie widmen.

5. Gustav Nagel aus Rhein, 19 J. alt, evangelisch, Sohn des Kaufmanns und Gutsbesitzers zu Rhein. Er war 7 J. auf dem Gymnasium, 2 J. in der ersten Klasse desselben und will in Königsberg Jura studiren.

6. Georg Stollenz aus Allenstein, 19¼ J. alt, evangelisch, Sohn des Cantors zu Bischofsburg, war 6½ J. auf dem Gymnasium, die beiden letzten davon in der Prima. Er will in Königsberg Theologie studiren.

7. Carl Grämer aus Wormditt, 17½ J. alt, evangelisch, Sohn des verstorbenen Pfarrers zu Barten, 5 J. auf dem Gymnasium und 2 J. in der Prima, will in Königsberg Theologie studiren.

8. Carl Lorenz aus Schippenbeil, 19 J. alt, evangelisch, Sohn des verstorbenen Bäckermeisters zu Schippenbeil, war 3¼ J. auf dem Gymnasium und 2 J. in der ersten Klasse. Er wird zu Königsberg Medicin studiren.

9. Ferdinand Ollech aus Lonzig bei Ortelsburg, Sohn des dortigen Gutsbesitzers, 20¾ J. alt, evangelisch. Er war 10 J. auf dem Gymnasium, die beiden letzten davon in der ersten Klasse und will zu Königsberg Medicin studiren.

10. Robert Thesing aus Angerburg, 19 J. alt, evangelisch, Sohn des Kreisgerichts-Direktors und Geh. Justizrathes zu Angerburg, 5 J. auf dem Gymnasium und 2 J. in der Prima, will zu Berlin die Rechte studiren.

11. Oskar Henschke aus Heilsberg, Sohn des Gens'd'armen zu Rössel, 19 J. alt, evangelisch. Er war 2 J. auf dem Gymnasium und eben so lange in der Prima und wird in Königsberg Medizin studiren.

Zu Ostern d. J. wurden mit dem Zeugniß der Reife zur Universität entlassen:

1. Gustav Hein aus Paaris, 21½ J. alt, evangelisch, Sohn des Gutsbesitzers zu Paaris, 9 J. auf dem Gymnasium und 3 davon in der Prima, will sich dem Kaufmannsstande widmen.

2. Sigmund Markuse aus Pr. Stargardt, 22 J. alt, jüdisch, Sohn der Kaufmanns zu Königsberg. Er war 2¾ J. auf dem Gymnasium, davon 2½ J. in der Prima und will zu Königsberg Medicin studiren.

3. Ewald Tiesler aus Pr. Eylau, 20¾ J. alt, evangelisch, Sohn des Seilermeisters zu Pr. Eylau, war 6 J. auf dem Gymnasium und die beiden letzten in der ersten Klasse desselben. Er will sich zu Königsberg dem Studium der Medicin widmen.

4. Herman Busch aus Bischofsburg, Sohn des dortigen Maurermeisters, 17½ J. alt, evangelisch, 8 J. auf dem Gymnasium und 2 J. in der ersten Klasse, wird zu Königsberg Medicin studiren.

5. Theodor Kirsch aus Bäslack, Sohn des dortigen Rectors 19 J. alt, evangelisch, war $7^1/_2$ J. auf dem Gymnasium und 2 J. in der ersten Klasse. Er wird zu Königsberg Theologie studiren.

6. Robert Ertmann aus Ganthen bei Sensburg, 20 J. alt, evangelisch, Sohn des verstorbenen Gutsbesitzers zu Ganthen. Er war 6 J. auf dem Gymnasium, die beiden letzten in der Prima und will in Königsberg Medicin studiren.

7. Eugen Sierke aus Saalfeld, $19^1/_2$ J. alt, evangelisch, Sohn des Kreisgerichtsraths zu Rössel, 2 J. auf dem Gymnasium und eben so lange in der ersten Klasse desselben, wird sich zu Königsberg dem Studium der Naturwissenschaften widmen.

8. Richard Petong aus Tilsit, $17^1/_2$ J. alt, evangelisch, Sohn des Kreisgerichts-Sekretairs zu Lötzen, $4^1/_2$ J. auf dem Gymnasium und 2 J. in der Prima, wird zu Königsberg Theologie studiren.

Von diesen 19 Abiturienten wurden 6, zu Michaelis 3, nämlich Grzybowski, Löbell, Henschke, und zu Ostern eben so viele, nämlich Busch, Kirsch, Petong, auf Grund ihrer sonstigen Leistungen und nach dem Ausfall der schriftlichen Prüfung von der mündlichen dispensirt.

Außer ihnen erhielt zu Michaelis v. J. ein Extraneus, Rudolf Hilberger aus Gr. Wolfsdorf (Kr. Rastenburg), Sohn des dortigen Lehrers, 25 J. alt, evangelisch, das Zeugniß der Reife. Er will sich zu Königsberg dem Studium der Geschichte widmen.

Die Themata der lateinischen, deutschen und mathematischen Arbeiten waren bei den Prüfungen folgende:

1. **Zu Michaelis** 1864.

Lange Weile ist ein böses Kraut,
Aber auch eine Würze, die viel verdaut.
Göthe.

Cur Cato Censorius Graecorum artes ab Romanis disci noluerit.

Von einem Punkte der Pheripherie eines gegebenen Kreises sind Sehnen gezogen und jede Sehne um ein solches Stück verlängert, daß das Product aus der Verlängerung und der Sehne + der Verlängerung eine constante Größe ist. Wie heißt die Gleichung der Linie, die durch die Endpunkte der Verlängerungen geht?

2. **Zu Ostern** 1865.

Wohl unglückselig ist der Mann,
Der unterläßt das, was er kann,
Und unterfängt sich, was er nicht versteht:
Kein Wunder, daß er zu Grunde geht.
Göthe.

Quibus rebus Athenienses plurimum ad Graeciam liberandam attulerint.

Zwischen den Radien der 3 von außen tangirenden Kreise bestehe die Relation $V_1 + V_3 = 2 V_2$; welche Relation wird dann bestehen zwischen den trigonometrischen Funktionen der drei Winkel des Dreiecks? Welche Relation besteht zwischen den 3 Seiten des Dreiecks?

Zur Construction eines Dreiecks sind gegeben:

1. das Verhältniß der beiden Seiten,
2. die Grundlinie,
3. die Differenz der Winkel.

In zwei gegenüberliegenden Oktaederflächen sind Berührungskreise construirt, auf jedem Kreise steht ein Kegel, dessen Spitze sich in der gegenüberliegenden Fläche befindet. Wie groß sind Inhalt und Oberfläche des den beiden Kegeln gemeinschaftlichen Stücks, und wie verhalten sie sich zu Inhalt und Oberfläche der um das Oktaeder beschriebenen Kugel?

Es sollen die Werthe von x und y aus der Gleichung:

$$23\,x - 37\,y = 5$$

bestimmt werden unter der Bedingung, daß x und y ganze Zahlen sind.

In welchem Verhältniß steht der Mantel eines gleichseitigen Kegels zum Mantel eines quadratischen Cylinders, die beide = Inhalt haben?

Ein Schiff mit 175 Mann Besatzung bleibt 3 Wochen länger, als bei der Verproviantirung gerechnet wurde, unterwegs. Am Abend des 30 Tages sterben 3 Mann; derselbe Fall tritt an jedem folgenden Abende ein. Durch diesen Umstand wird es möglich, bis zum letzten Tage jedem Matrosen die festgesetzte Ration zu verabreichen; wie lange war das Schiff auf der Reise?

Zur Construction eines Dreiecks sind gegeben:

die Differenz der Winkel an der Grundlinie,
die Halbirungslinie des Winkels an der Spitze,
der Radius des inbeschriebenen Kreises.

E. Schulfeierlichkeiten.

1. Zu Michaelis entließ der Direktor die Abiturienten, nachdem ein Declamationsaktus und Gesangvorträge vorangegangen waren. Einer der Abiturienten, Oskar Henschke, nahm von seinen bisherigen Mitschülern und Lehrern Abschied; im Namen der Zurückbleibenden sprach der Primaner Weidemann den Scheidenden die Wünsche für eine glückliche Gestaltung ihrer Zukunft aus.

2. Der Geburtstag Sr. Majestät des Königs wurde Vormittags 11 Uhr feierlich begangen. Die Festrede hielt Dr. Richter I. und erörterte darin die Verdienste König Friedrich Wilhelm III. um das höhere Schulwesen in Preußen. Angemessene patriotische Gesänge leiteten die Feier ein und schlossen dieselbe.


3. Zu Ostern beschränkte sich die Entlassung der Abiturienten auf den Kreis der Schule. Der Direktor übergab ihnen ihre Zeugnisse, drückte ihnen dabei die Wünsche der Schule für ihr Ergehen aus und legte ihnen die gewissenhafte Erfüllung ihrer Pflichten an's Herz.

4. Am Charfreitag hielt der Direktor gemäß der Hippel'schen Stiftung einen Vortrag, der sich an das Bibelwort Joh. 16, 16—23 anlehnte und den Satz ausführte, daß nur das

Bewußtsein, einer Gott wohlgefälligen Sache zu dienen, wahre Seelengröße verleihe. Vor und nach demselben declamirten der Untertertianer Erler und der Quartaner Jakobi; die Gesänge leitete Dr. Richter II.

5. Am 19. Mai wurde der gewöhnliche Hippel'sche Schulactus gehalten. Nachdem der Oberlehrer Claussen die Festlichkeit durch eine Rede über das Verhältniß des Realismus zum Idealismus in der Wissenschaft und Schule eingeleitet und an den Stifter Christoph Hippel erinnert hatte, wurden von 10 Schülern der verschiedenen Klassen Declamationsstücke vorgetragen; der Primaner Adamkiewicz sprach über das Volkslied, der Primaner Köch über den Satz, daß die Phantasie Schöpferin und Zerstörerin des menschlichen Glückes sei. Dazwischen legten die Gesangklassen Proben der erlangten Fertigkeit ab.

6. Am 28. Mai gingen die Lehrer und Schüler gemeinsam zum Abendmahl.



IV. Uebersicht über die statistischen Verhältnisse.

In der zweiten Hälfte des Sommers wurde die Anstalt

in I. von . . .	43,
in II., A. von .	25,
in II., B. von .	48,
in III., A. von .	36,
in III., B. von .	46,
in IV. von . .	40,
in V. von . . .	42,
in VI. von . .	40,


im Ganzen von 320 Schülern besucht.

Leider haben wir im Lauf des Jahres drei Todesfälle zu beklagen gehabt. Am 30. Januar starb der Quartaner Gustav Dittmar, am 10. April der Quintaner Rudolf Skubbig und am 27. Juni der Untertertianer Walter Hahnrieder. Sie berechtigten zu den besten Hoffnungen und werden Mitschülern und Lehrern immer in freundlicher Erinnerung bleiben.


Das Wintersemester beginnt **Donnerstag, den 12. October.**

Zur Aufnahme neuer Schüler wird der Unterzeichnete täglich bereit sein.

Techow.



Ordnung der öffentlichen Prüfung.



Donnerstag, den 28. September,

Vormittags

von 8—9 **Sexta:**
Rechnen Schottmüller.
Latein Küsel.

von 9—10 **Quinta:**
Religion Talke.
Französisch Schärffenberg.

von 10—11 **Quarta:**
Griechisch Bercio.
Mathematik Küsel.

von 11—12 **Tertia:**
Geschichte Talke.
Latein Rahts.

Nachmittags

von 2—3½ **Secunda:**
Geographie Claussen.
Deutsch Bercio.
Griechisch Richter **II.**

von 3½—5 **Prima:**
Mathematik Jänsch.
Französisch Richter **I.**
Latein Direktor.

